



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

spem subvertebant, cum ille eodem Anno, die XI. Julii beatâ Analyfi mortalium rebus eximeretur, annum XXIX. ætatis nondum supergressus. Quamvis autem textus Conringianus usque ad initium XII. Seculi, X. Disputationibus publicis, parum tamen ad Historiæ literariæ explicationem facientibus, annexus, typis publicis expressus extaret, qui tamen cœptum laborem ad finem perducere, speique Eruditorum satisfacere voluerit, hæctenus nemo inventus est; sicque dispersa affecti operis exemplaria in paucorum manus venerunt. Placuit tandem in usum Juventutis Wratislaviensis literis dicatæ integrum hunc *Conringii* fœtum Typographo recudendum dare, tam ex Mollerianis Disputationibus, mutandi quâdam licentiâ interdum à Verbis *Conringii* abeuntibus, quam ex variis codicibus MSc. quantum licuit, emendatum; in quâ re Viri insignibus in Ecclesiam, & Athenæum Gedanense meritis celeberrimi, *D. Samuelis Schelvigii* Benignitas grato ore prædicanda, cujus beneficio tam edita illa Molleriana benignè communicata, quàm alius Codex ex ore *Conringii* calamo exceptus, debentur. Nec Eruditorum forsân, æque ac nostræ expectationi ex asse satisfaciet Commentariolus ille, in multis ob brevitate[m] nimiam frigidior, & cum aliis Summi Viri operibus minimè comparandus, imò & in Sanctorum Titulo multis promiscuè tributo, aliisque variis rebus emendan-



HERMANNI CONRINGII

De

25.

# SCRIPTORIBUS

XVI. post Christum Natum Seculorum

COMMENTARIUS,

Cum Prolegomenis,

Antiquiorem Eruditionis Historiam sistentibus,

Et

Additionibus,

Quibus Scriptorum series usq; ad finem Seculi XVII.

*continuatur.*

---

WRATISLAVIÆ

Apud CHRISTIAN BAUCHIUM

An. M DCCIII. :•

BREGÆ, Typis GODOFREDI GRÜNDERI.

*Franc. Baco de Verul.  
de Augm. Scient. L. 2. cap. 4.*

**H**istoria Mundi absq; literaria Historia statuae Polyphemi oculo eruto similis est, cum ea pars imaginis desit, quæ ingenium & indolem Personæ maximè refert.



L. B. S.

**H**ERMANNUS CONRINGIUS, quem infinita fere in Rempublicam literariam merita immortalem, omnibusqve Prudentibus adeò notum reddiderunt, ut elogio nostro minimè egeat, Anno O. R. MDC LXIV. Auditorum quorundam desiderio satisfactorius, intra privatos parietes Commentariolum brevem de Eruditionis à Christo nato propagatoribus in calamum dictitavit, sicqve compendiarium quendam viam per vastissimum Historiæ literariæ campum cupidæ Scientiarum Juventuti ostendit. Ut autem omnia Viri hujus Magni, sic & ille, quamvis exiguus labor, non sine applausu quodam ab erudito Orbe exceptus est, ita ut non modo sæpius repetito calami labore passim describeretur, sed & in scriptis Eruditorum publicæ luci commissis sæpius citaretur. Siceundem *imprimis commendandum* putat in signis Helmeftadiensium Polyhistor, *Valentinus Henricus Voglerus*

X 2


*icrus*, in Introductione suâ universalî inScriptorum  
 notitiâ, cap. 11. ubi addit, *multorum commoda  
 jurvaturum esse, si lucem videret*; quod desiderium  
 etiâ V. ejusdem libri capite repetit. Nec ab hâc  
 sententiâ prorsus ablutit *Dan. Georg. Morhofius*,  
 incomparabile Cimbriæ Decus, in Polyhistore suo,  
 (lib. I. cap. XVI.) quamvis opusculum hoc *extem-  
 poralibus Conringio dissertationibus natum suspice-  
 tur, multisq; accessionibus augendum dicat*. Latue-  
 jam ultra XXX. annos laudatus *Conringii* Labor  
 in scriniis quorundam Eruditorum, aut multiplica-  
 tâ descriptione novis insuper mendis accedentibus  
 fœdatus à puritate priorî magis magisque abibat, cum  
 Vir tam Eruditione, quam diligentîâ insignis *Johan-  
 nes Gottlieb Mollerus*, Gedanensis, SS. Theol. & Phil.  
 D. in Academiâ prius Rostochiensi Græcæ Lingvæ,  
 tum in Athenæo Gedanensi Philosophiæ primæ &  
 practicæ Prof. Publ. & Bibliothecarius, ex donatio-  
 ne Illustris cujusdam Patroni Exemplar probatum, &  
 ex vivo *Conringii* ore haustum nactus, communi-  
 care illud cum Erudito Orbe, ac Disputationibus  
 publicis, Lectionibusque privatis illustrare decerne-  
 ret; quod laudabile institutum Eruditissimi Colle-  
 ctiores Novorum Literariorum Maris Balthici & Se-  
 ptentrionis Mense Majo Anni MDCXCVIII. Lite-  
 ratis notum reddebant. Sed præcocia fata, ut mul-  
 ta alia diligentissimi Viri, sic & hanc plenæ editionis  
 spem

spem subvertebant, cum ille eodem Anno, die XI. Julii beatâ Analyfi mortalium rebus eximeretur, annum XXIX. ætatis nondum supergressus. Quamvis autem textus Conringianus usque ad initium XII. Se- culi, X. Disputationibus publicis, parum tamen ad Historiæ literariæ explicationem facientibus, anne- xus, typis publicis expressus extaret, qui tamen cœ- ptum laborem ad finem perducere, speiqve Erudito- rum satisfacere voluerit, hæctenus nemo inventus est; sicqve dispersa affecti operis exemplaria in paucorum manus venerunt. Placuit tandem in usum Juventu- tis Wratislaviensis literis dicatæ integrum hunc *Con- ringii* foetum Typographo recudendum dare, tam ex Mollerianis Disputationibus, mutandi quâdam li- centiâ interdum à Verbis *Conringii* abeuntibus, quam ex variis codicibus MScR. quantum licuit, emen- datum; in quâ re Viri insignibus in Ecclesiam, & Athenæum Gedanense meritis celeberrimi, *D. Sa- muelis Schelgrovigi* Benignitas grato ore prædicanda, cujus beneficio tam edita illa Molleriana benignè communicata, quàm alius Codex ex ore *Conringii* calamo exceptus, debentur. Nec Eruditorum for- san, æqve ac nostræ expectationi ex asse satisfaciet Commentariolus ille, in multis ob brevitatem ni- miam frigidior, & cum aliis Summi Viri operibus mi- nimè comparandus, imò & in Sanctorum Titulo mul- tis promiscuè tributo, aliisque variis rebus emendan-



duſ, niſi religio fuiſſet, Magni Viri placita cenſurâ forſan intempetiſtivâ ſubvertere; cum vel ita fundamentum prælectionis Hiſtoriæ literariæ variis per vocem docentis acceſſionibus & explicationibus augendæ commodè ſatis eſſe poſſit, qui unicus editionis huius ſcopus eſt. Nec forſan illud reprehensione vacat, quod purpuræ Magni Polyhiſtoris pannum aſſuere, Additiones ſcilicet annectere auſi fuerimus; ubi ſola ferè nomina ordine quodam chronologico diſpoſita, recensuimus, non ad alium, niſi citatum prælectionis ſcopum profutura; quod ad excuſationem imperfectionis ſatis eſſe putamus. Tantum enim abeſt, ut exiguum hunc laborem Eruditorum ului commendare, aut ex eodem aliquid perfecti præmittere velimus, ut potius defectûs ejusdem, nævosque copioſos arguentibus promptiſſimè accedere, & gravioſiorem aliis cenſuram nobismet ipsis imponere paratiſſimi ſimus. Forſan vel ſolum Juventutis uſibus inſerviendi deſiderium Prudentibus quibusdam minimè diſplicebit, cujus calamos hâc impreſſione ſublevare animus fuit, quos ad copiam rerum haud exiguam in explicando ſubjungendam adhibere convenientius putavimus. Vale.

AD



Ad

# HERMANNI CONRINGII Commentarium de Scriptoribus

Prolegomena

Historiam Eruditionis ante Christum natum  
exhibentia,

Cap. I.

De Eruditione Hebræorum;

§. I.



Scientias cum ipso Orbe natas, primis hominum curæ cordiq; fuisse, vel ex eo apparet, quod nihil aliud summam humani generis Felicitatem destruxerit, quàm immodicum eor; nomine impium sciendi desiderium. Possederat *Adamus* omnes Sapientiæ, quæ in hominem cadit, thesauros, hinc eò infeliciorem se deprehendebat, cum post lapsum non nisi exigua prioris notitiæ rudera ingenti labore colligere valeret. Nihilominus posteris suis, quicquid Sapientiæ recollegerat, primario summam de DEO Sapientiam communicabat; quamvis sanior hæc doctrina mox (a) *Caini* improbitate contaminaretur. Inter Filios *Adami* præ cæteris *Serb* Sapientiam excoluit, qui, si *Josepho* (b) fides habenda, terrenis rebus (b) *Loco cit.* relicta, sidera, eorumq; affectiones scrutatus est. Posteris

A

quo-

(c) *Genes. 5. 7.*  
22. 24.

(d) Jabal, Jubal, Tubal-Cain. *Genes. 4. 7. 20. 21. 22.*

(a) *in voce Adam.*

(b) *in Rabboth, Comment. in Genesis.*

(c) *in Obelisco Pamphil. Lib. 1. cap. 1.*

(d) *ex Libro Bebir. s. Lucii purifimæ descriptæ.*

(e) *Lib. 1. Panarii Hæresi 39. de Sethianis.*

(f) *Kircherus l. 6.*

(a) *vers. 14. 15. de habitu mulierum.*

(c) *de Civ. DEI, Lib. 15. cap. 23. & lib. 18.*

(d) *Homil. 38. in Numer.*

(e) *in Annot. ad Eusebii Chron.*

(f) *in Oedipo Ægypt. Tom. 2. cap. 2. Disquis. 1. §. 4. in Arcâ Noæ Sect. 1. cap. 2.*

quoq; illius Sapientiæ studium non defuit, inter quos præcipue *Henoch* rebus sacris operam dedit, inde & à Spiritu S. vitam (c) vixisse divinam dicitur. Genuina autem Sapientia per *Cainitarum* Pseudodoxiam ita perturbata fuit, ut ante Diluvii tempora solus *Noachus* veræ Sapientiæ Affecla inveniretur. Erant verò & inter *Caini* posteros humanarum Scientiarum exercitia, inter quos (d) *Lamech* cum Filiis suis Oeconomicas, Musicas & fabriles artes exercuit.

§. 2. Inter hos Sapientiæ antidiluvianæ cultores Scripturam & literas in usu fuisse, vix dubitare licet, quanquam luculenta ejus rei testimonia desint. *Suidas* (a) quidem *Adamo* Scripturæ & omnium Artium inventionem adscribit, sed itidem sine sufficienti antiquiorum testimonio. Quæ (b) *Rabbini* de Libro, quem *Adamus* de Præceptis in Horto Eden latis scripserit, somniant; Item quæ *Athan. Kircherus* (c) ex *MScR. Arabico* de primo omnium Libro, XXI. paginis exarato, præcepta & traditiones in generationes secuturas continente, profert, risu digna sunt; in quem censum etiam veniunt *Guiselmi Posselli* nugæ, (d) de Prophetiis *Eve*. à *Rabbi Zielo*, primi Parentis Angelo descriptis. *Setho VII.* Libros à *Gnostissis* confictos olim suppositos esse *Epiphanius* (e) narrat; quibus forsan & illud opus (f) *Sethi* de stellâ apparitura debetur, quod Autor operis imperfecti in *Matthæum* citat.

§. 3. Præ cæteris autem multi probare nituntur, *Henochum* Libros scripsisse, cum eos etiam *Apostolus Judas* (a) citare videatur, quamvis ille dixisse *Henochum* quædam, non autem scripsisse asserat. Non deest huic opinioni Patrum Autoritas, dum (b) *Tertullianus*, (c) *Augustinus*, & (d) *Origines* non solum *Henochum* Libros scripsisse dicunt, sed & ultimum argumenta Librorum recenset. Sed certum est, neq; illa argumenta, nec fragmentum *Henochi* Græcum, quod (e) *Scaliger* & (f) *Kircherus* proferunt, *Henochi* convenire, cum in utrisq; de Gigantibus ex Angelorum cum hominibus coitu natis, aliisq; absurdis materiis agatur.

§. 4. Post Diluvium *Noah* unicus & humani generis,

&

& veræ Sapientiæ restaurator erat, qui quantum & in aliis humanis artibus valuerit, arca ab eo summa arte Architectica condita testatur, de quâ ea legi possunt, quæ (a) *(a) Ath. Kircherus Kircherus operosa, & nimia fere diligentia conscripsit. Post Noachum in familia Semi sanior doctrina conservabatur, quæ tamen successu temporis profanis artibus, quas Chams posteritas exercebat, fere tota obfuscabatur; donec è mediis quasi tenebris ereptus à DEO Abraham, prudentia & optimarum artium professione se & DEO acceptum, & in Orbe celeberrimum redderet. De eo, ut Josephus (b) testatur, Hecateus integrum librum scripsit, imò & inter Gentiles (c) Scriptores passim magnum ejus nomen est. Inter Successores Jacobum rerum naturalium peritum fuisse, baculi maculosis gregibus concipientibus præpositi ostendunt. Cæteros vero omnes Eruditione variâ superavit Josephus, qui Ægyptiorum artes cum Hebræicâ Sapientiâ jungens, prudentiâ suâ & Hebræis & Gentilibus mirabilis extitit. Hic, Rege jubente, Ægyptios veram Sapientiam docuit, ut Regius (d) Psaltes testatur, quæ & in Ægypto floruit, donec successu temporis cum memoriâ Josephi magnâ ex parte extingveretur.*

§. 5. His temporibus Libros extitisse, probabile quidem, nec tamen satis certum est. (a) *Cassianus de Chamo, Nobæ Filio, asserit, eum à Caini Posteris magicas & superstiosas artes didicisse; cumq; Libros de his rebus in pii Parentis arcam inferre non auderet, profana hæc commenta ferrets laminis, saxisque durissimis insculpisse, eaq; omnia post diluvium diligenter recollegisse, & ad posteros transmississe; sed hæc omnia fabulis simillima sunt, quamvis & Autor Libri Recognitionum, vulgò Clementi Romano adscripti, Chamum Libros posteris reliquisse dicat. Circumfertur hodie Liber Abrahamo adscriptus *Sepher Jeczirab*, sive Liber formationum dictus, quem & Job. Pistorius Nidannus suis cabalisticæ Artis Scriptoribus inseruit; sed licet ab alio, quam Postello Veteratore productus esset, tamen stylo & contentis mendacium aperiret.*

§. 6. In Ægypto tandem in mediâ Hebræorum servitute

tute ingens omnis eruditionis lumen, *Moses*, nascebatur, qui in (a) aulâ regiâ educatus, & in omni Sapiëntiâ Ægyptiorum institutus fuit, ut de eo (b) *S. Stephanus* loquitur. Hic ex Ægypto fugiens, in eremo XL. annis philosophatus est, ut (c) *Eusebius* indicat; tum verò rediens ad summum Philosophiæ pervenit, & DEI responsis secreta naturæ didicit, ut *Philo* ap. (d) *Eusebium* loquitur. Ab hoc Ægyptios multas artes didicisse, extra dubium est; Judæi verò Cabalam ab eo per manus traditam credunt; & inter Gentiles Scriptores passim Magis annumeratur, ut apud (e) *Plinium*, (f) *Ju-stinum*, (g) *Strabonem*, & (h) *Apulejum* videre est. Ejus Scripta de Mundi origine, & legibus divinis certò extare, piis omnibus extra dubium est, quicquid etiam *Satanas* per (i) *Bened. Spinosam*, aliosq; huic similes contra gannire audeat.

§. 7. *Mosen* excipiebat celeberrimum LXX. Seniorum Collegium, *Sanhedrin* posteriori ævo dictum, cui per occultas traditiones innumerabiles Sapiëntiæ thesauros relictos esse, *Rabbini* docent. Et quamvis opus *Zohar*, *Mosis* Auditorum doctrinam comprehendens, quod *Postellus* in lucem produxit, suspectæ Fidei sit, verissimum tamen est, hos Viros omni eruditionis excellentia præditos fuisse. Eandem laudem *Josua* meretur, illustris *Mosis* Discipulus, qui Scientiæ militaris & Geographicæ perfectionem ostendit, Terram *Benedictam* occupando, & inter *Israëlitas* (a) accuratissimè dividendo; cujus etiam facta *Gentilibus* non ignota, quæ ap. *Scriptores antiquos* sub *Herculis Phœnicii* nomine latere (b) *Vossius* judicat. An ipse Libri à se denominati Autor sit, ut *Hebræi* volunt, dubium est, (c) cum *Theodoretus* eum ex *Libro justorum* collectum, *Athanasius* verò & alii ab *Eleanzaro* summo Sacerdote comportatum putent.

§. 8. Sub *Judicibus* ab *Israëlitis* Eruditio non seposita, sed potius magis magisq; exulta fuit. Testantur hoc Scholæ celeberrimæ in Urbibus *Silo* & *Ramatha* (a) in *Gilead* institutæ, quibus *Eli* Sacerdos, ejusq; incomparabili Scientiarum divinarum & humanarum penu abundans Discipulus, *Samuel*, præfuerunt. Libri sub hujus nomine existentes ab ipso

(a) *Josux* cap. 14---21.

(b) de orig. *Idolatriæ* Lib. 1. c. 26. adde *Edmundi* *Dikinson* *Delphos Phœnizissantes*.

(c) *Lege Mich. Waltheri* *Officin. Bibl. Repes.* 2. *Theca* 2. arc. 1.

(a) De loco hoc prolixius disserentem lege *lac. Salianum* *Anal. Eccl.* Tom. 3. *Ann.* M. 2973. *num.* 31.

ipso *Samuele* inchoati, & usq; ad mortem (b) ipsius deducti (b) *Lib. 1. c. 25.*  
non immeritò creduntur, cum reliqua vel aliquis ex Dilci- (c) *Colligitur ex*  
pulis magni hujus Prophetæ, vel (c) *Nathan & Gad*, itidem *fine lib. 1. Paralip.*  
Prophetæ Celebres, addiderint. *Lege Waltheri*

*offic. Bibl. Rep. 2. Thec. 2. Arc. 4.*

§. 9. Ex Scholâ *Samuelis* prodiit Sanctissimus Rex &  
Propheta David, (a) qui & *Samuelis* præceptis, & multarum (a) *2. Sam. Li-*  
rerum experientiâ ab omni parte magnus evasit. Ejus pie- *bro toto. Iose-*  
tatem Sapientiamq; testantur tum Psalmi incomparabiles ab- *phus Lib. 7.*  
co relictî, tum aula Viris Sanctissimis & prudentissimis ple- *toto Ant. Ind.*  
na. Eminebant inter (b) cæteros *Nathan* Sacri Consilii An- *Videatur Ioh.*  
tistes & magnus Propheta; *Abjathar* summus Sacerdos, *Hier. Sopra-*  
magnâ etiam sacræ Eruditionis laude clarus; *Ionathan*, Pa- *nis Genens. S. I.*  
trius Regis, Eruditione, & legis divinæ Scientia nobilis; *David comment.*  
*Jahiel*, eruditione sua merens, ut filiorum Regis curæ & in- *illustratus Lugd.*  
stitutioni præficeretur; & *Affaph*, Musici Chori Antistes om- *1643. fol.*  
nietiam Sapientia excultus. Florebat autem eo tempore (b) *Legelac. Sa-*  
per totum Israëlitarum Regnum Eruditionis cultus, cum *lianum A. M.*  
*Levitis* (c) per totam terram sparsis docendi munus commif- *1980. n. 17.*  
sum esset. (c) *Car. Sigoni-*

*us de Republ. Hebraorum L. 5. c. 10.*

§. 10. Successit Patri optimo Filius omnium Sapien-  
tissimus *Salomon* (a) qui tam ex fidelissimâ *Nathans* institutio- (a) *Vid. Ioh. de*  
ne, quam peculiarî Illuminatione DEI omnibus divinis & *Pineda Salo-*  
humanis artibus exornatissimus erat. Hujus Sapientiam *mon prævius. f. de*  
omnium & Hebræorum & Exterorum Sapientiam superasse, *Rebus Salomonis*  
ipse sacer Textus (b) asserit; dum eum præter mysteria fi- *Libri 8. Lugd.*  
dei, illi revelata, exactissima rei Physicæ Scientia, regna *1609. f.*  
primariò vegetabile & animale comprehendens, Moralis (b) *I. Reg. 4. v.*  
& civilis doctrina, quam ter mille Sententiæ ejus indica- *29---34. adde*  
runt; Poësis jucundissima, ut ex canticis quinq; supra mille *Iac. Sallianum,*  
colligere licet, Ars Mathematica, & in Specie Architectica, *A. M. 3022. num.*  
quam stupendum Templi ædificium arguit, adeò nobilita- *54---100.*  
verunt, ut non tantum Rex Tyriensis (c) *Josepho* teste, erudi- (c) *L. 8. c. 2.*  
ta commercia cum eo instituerit, sed & *Regina Sabe* ab extre- *Ant. Ind.*

§. II. Libros á Salomone scriptos Sacer Codex exhibet *Proverbiorum* opus, *Ecclesiasten*, & *Canticum Cantecorum*, de cujus Autore pauci dubitant, Sanctissimos autem amores ejus Libri (a) pro profanis non nisi impii habent. Multi autem alii Libri sub nomine *Salomonis* circumgeruntur, in quem censum etiam venit *Liber Sapientiae* (b) *Philoni* cuidam (b) *Lege Mich.* adscribi solitus. Dicitur etiam apud *Josephum* (c) *Salomon* *Waltherum*, conscripsisse *Libros Odarum & Carminum* quinqve mille & *Offic. Bibl. Rep. Parabolarum* ac *Similitudinum* Libros ter mille, de quibus *ta- 2. Thec. 2. arc. 2.* men, præter supra citatos, nihil restat. Suspectæ autem, (c) *Lib. 8. c. 2.* imò sublestæ fidei sunt ea, quæ *Chicus Æsculanus* (d) de *Li- Ant. Iud.* bro *Salomis* de *Vmbri Idearum*, & *Paulus Minerva* de *Neomenis* (d) *De Sphæra c.* *Salomonis* afferunt; prout & *Liber: Salomonis Contradictio*, *2. & 4. Lege* in Decreto *Gelasio* Papæ adscribi solito, rectè inter *Apocry- Ioh. de Pine-* phos relatus est. Impium autem esset credere, *Salomonem* *Librum Incantationum* (e) & de *Exorcismo* scripsisse; quam- *vis enim Josephus* (f) ut rem divinitus commissam citet, & *Thomas Aquinas* pro piâ *Exorcismi* formula habeat, potius ta- (e) *Lege Sixt.* men *Satanam* sub hoc involucro latere voluisse, constat. *Senenlem Bibl. Sanctæ Lib. 2.* (f) *Antiq. Iud. lib. 8. c. 2.*

§. 12. Divisio Regni post *Salomonem* magnam etiam Eruditioni perniciem afferebat, cum *Jeroboam* omnes divi- (a) *2. Chron. 11.* næ *Sapientiae* cultores (a) finibus *Israëlitici* Regni ejiceret, *v. 14. & cap. 13.* & ipse *Rehabeam* à divina veritate recederet. Sed reflorē- *v. 9.* bant studia *Israëlitici* Regni urbibus, dum *Josaphat*, pius Rex, (b) *2. Chron. 17.* V. ex (b) *Principibus* suis per omnes urbes cum *Sacerdoti- bus & Levitis* mittebat, passimq; institutis *Synagogis* exclusa *barbarie* populum doceri jubebat. Iisdem ferè temporibus *ingens Sapientiae* cælestis Lumen, *Elias*, Terram *Israëlis* illustrabat, qui magnus *Propheta*, æq; ac alii centum, ab *Obadia* in speluncis occultati, furorem *Jesebelis* *Prophetas* undiq; ab mortem conquirentis, effugiebat. *Eliam* hunc con- *templationibus sanctis* operam dedisse, aliosq; *Propheta- rum* filios erudiisse, non negandum; sed cum in monte *Carmelo* sibi assecclas quæsisisset, & cum perpetuæ castitatis

voto

voto vitam monasticam instituisse, ut quidam *Johannes* (c) (c) Dicitur fuisse Hierosolymitanus docet, fabulis simillimum est. Episcopus Hieros.

post *Cyillum*; libri titulus est: de Institutione primorum Monachorum, in Lege veteri exortorum, & in novâ perseverantium. Aimericus Lemovicensis, Patriarcha Antiochenus Ao. 1120. ex Græco in Lat. verti curavit, ipse *Baronius*, *Bellarminus* & alii pro suppositio habent, Lege *Salianum* A. M. 1123. n. 6.

§. 13. Secutus est *Eliam* Discipulus æq; magnus *Eliseus*,

cujus tempore non parva Scholarum copia per Regnum Judaicum floruit. Citantur in sacro Textu Collegia (a) in (a) 2. Regum 2, urbe *Bethel*, *Hiericho*, & *Gilgal*, ubi Prophetarum Filii numero v. 3. & 5. & cap. haud exiguo erudiebantur, quorum ultimi etiam tempore 4. v. 38. famis duplici miraculo alebantur. Incidebant tum insec- Legantur *Ge-* *orgia*. *Ursini*, *ræ* contemnebantur, nisi quod *Joas* Rex juvenis, Ductore *Antiquitates He-* *Summo* Sacerdote *Joadas*, Magno Viro, (b) & Templi & braicæ Scholasti- *Sapientiæ* restaurationem quandam susciperet, à quo tamen so - *Academica* *laudabili* vitæ genere mox populus iterum recessit. *Con-* *Hafn.* 1697. 4. *cussum* est eo tempore, bellis *Syris* & intestinis utrumq; (b) 2. Regum 11, *Hebræorum* regnum, & quamvis *Oseas*, *Amos*, *Esaias*, aliiq; & 12. *Prophetæ* salutaria monerent, attamen magis magisq; accerabat & Regiminis & Eruditionis interitus.

§. 14. Nec tamen luctuosum *Babylonicæ* captivitatis tempus sine omni *Hebræorum* Eruditione fuit, cum circa initium miseræ hujus *Jeremias* & *Ezechiel* inter alios præstantissimis cælestis Sapientiæ dotibus clucerent. Ipsa Captivitas nonnullis in Scholam conversa, cum (a) *Daniel*. *Ann.* (a) *Dan.* 1. v. 3. 17. *nia*, *Misael*, & *Azaria*, jussu Regis *Nabochodonosoris* in omni Doctrinâ & Sapientiâ erudirentur, cumq; *Daniel* à Rege omnibus *Babylonicæ* Sapientibus Præfectus, in Perfide Scholas purioris Sapientiæ, correctis prisorum Magorum placitis, institueret. Sanctissimi hujus Prophetæ Scripta in dubium vocantur à *Judæorum* (b) malitiâ, quia eorum in- (b) *Contra eos* *ni* expectationi futuri Messiæ apertè nimis contradicunt; *prolixè* pugnat *lu-* *alii* autem plura scripta illi perperam adscribunt, dum *Oratio* *lius* *Harto-* *Asaria*, *Canticum trium Puerorum*, item *Historia Susanne*, *Belis* loccius *Biblio-*

& *ibec.* magna *Rab-* *bin.* Tom. 2. n. 459: sed *Judæorum* mentem aliter explicat, & cum *Christiani* con- *ciliare* querit *Richardus* *Simon* *Hist.* *Criticâ* *Vet. Test.* *Lib.* 1. c. 9,



& Draconis sine certa ratione pro Danielis operibus habentur.

§. 15. In mediis hisce calamitatibus nec aliis Sapien-  
tiæ studia defuisse, *Esdra* exemplo suo docet, qui sacrarum  
Literarum peritiâ, & Legis tradendæ studio summus habe-

(a) *Nehem.* 8. v. restituebat, renovatæq; urbis populum de altiori (a) - sug-  
4. gestu, adstantibus non paucis Collegis publicè docebat.

(b) 2. *Maccab.* 2. *miâ* fidelem operam conferente, (b) *Bibliothecam* Hieroso-  
v. 13. *De multis* lymis constituit, *Davidis, Prophetarumq; Libros, & Regum*  
*Esdrae Libris agit* *Diplomata* comprehendentem. Ipsum quoque *Esdram* non  
ex Pici Mi- paucos cum *Nehemiâ* Commentarios scripsisse, ex postero-  
randul. *Apolo-* ri *Maccabæorum Libro* colligere est; sed præter parvas  
giâ *Sixtus Se-* utriusque *Historias* (b) in sacro Codice existentes nihil re-  
nens. *Bibl. San-* fiduum habemus. Libros quidem *Scripturæ S.* planè de-  
ctâ *Lib.* 2. perditos, & per inspirationem *Esdrae* redditos fuisse (d) non-

(c) *Bro recentio-* nulli volunt; sed (c) *Athanasius* totam rem diligentia ad-  
*ri Autoris opere* scribit, Librosq; diligenter ab *Esdra* custoditos tandemque  
*babet* *Ioh. Cle-* prolatos asserit.

*ricus in* *Judiciis Theologor. de Hist. Criticâ Rich. Simonis Epistol.* 8. (d) *Chry-*  
*sofostomus Hom.* 8. *in Epist. ad Hebræos.* *Theodoretus in Prefat. in Psalmos.*  
(e) *In Synopsi. quæ quid. a plurimis Athanasio abjudicatur. Lege* *Ioh. Henr. Maji*  
*Diff.* 3. *Rich. Simoni, & ejus Adversarii oppositas Francf. 1690.*

§. 16. Post *Nehemiæ* tempora res Hebræorum magnam  
partem in obscuro latent; probabile tamen est, fædatam non  
parum fuisse Judaicæ doctrinæ puritatem *Babylonicâ* vani-  
tate & Superstitione, quam partim *Judæi* ipfirebus *Baby-*  
*lonicis* assveti, partim *Assyriorum* *Colonæ* in terram *Israë-*

(a) 2. *Regum* 17. liticam (a) antea traductæ secum advexere, unde & *Samarita-*  
v. 24. *segg.* na (b) colluvies nata. Circa *Alexandri M.* tempora *Erudi-*

(b) *Lege* *Christoph.* tionis curam *Judæis* non defuisse, ex eo colligere licet,  
*Cellarii Collecta-* quod *Iaddus* *Pontifex* & *Bibliothecâ* *Sacra* prolatum (c) *Da-*  
*neæ Hist. Sama-* nielis *Codicem* *Alexandro* ostenderit & explicaverit. Imò,  
*ritane de Politia* non parvi æstimandum *Aristotelis*, ambitiosi alioquin *Phi-*  
*Relig. & re lite-* losophi,

*varia* *hujus* *Geniis.* *Cize* 1688. 4. (c) *Iosephus* L. II, cap. 8. *Ant. Lud.*

Iosophi, testimonium, qui, ut in *Clearchi Solensis* (d) frag- (d) *Cit. à*  
mento quodam habetur, in Asia ad se venisse Judæum quen- Theoph. Spi-  
dam dixit, tantà Eruditione atqve Scientiâ conspicuum, ut zelio in *Coroni-*  
præ illo omnes Græci præsentés trunci esse & stipites vide- de philolog. addi-  
rentur. ta ad S. Bibliothecarum arcana resecta §. 10

§. 17. Sed vix unquam secundi Templi ævo Judæi ma-  
jus specimen Eruditionis suæ ediderunt, quam cum, *Ptolomæo*  
*Philadelpho* illud per Legatos petente, LXXII Viri, (a) he- (a) *Prolixè omnia*  
braicâ pariter & græcâ Doctrinâ excultissimi, ab *Elezaro ap. Ioseph. Lib.*  
(b) Sacerdotum Principe in Ægyptum mitterentur; ex 12. c. 2. *Ant. Jud.*  
quorum numero apparet, Hierosolymis eo tempore Sacra- Add. *Irenæus*  
rum aliarumqve literarum studia egregiè floruisse. Quantâ *Lib. 3. c. 25.* In-  
verò hi Viri Prudentia præditi fuerint, tam ex ipsâ versione finis *Mart.*  
S. Scripturæ accuratissimè adornatâ, quam ex prudenti *Paranesi ad Græ-*  
colloquio cum Rege, durante (c) septem dierum convivio *cos; Tertullia-*  
instituto, apparet, si quidem *Iosepho* & (d) *Aristæo* Historiæ nus in *Apologe-*  
hujus Scriptoribus, plena fides danda. Sed destructâ de- tico, *Clem. A-*  
inde per *Antiochum Epiphanem* omni Judæorum felicitate, eti- lexand. *Lib. 1.*  
am Eruditio interiit; cum & Tyranni hujus jussu, S. Scri- *Stromas.*  
pturæ Codices conquirentur, & igni injicerentur. (b) *Onia fr. Si-*  
*meonis Justi fratre.* (c) *Iosephus l. c. 12. dies citat.* (d) *Aristans ad Philo-*  
*cratem fratrem de 72. Legis interpretibus, Pro suppositis non immeritò habetur.*  
*Vide Vossium de Hist. Gr. L. 1. c. 15.*

§. 18. Post ea tempora collabentibus magis magisq;  
Judæorum rebus etiam eorum Eruditio simul collapsa est. (a) (a) *De iis lega-*  
*Judæi Hellenista* Græcorum Philosophiam amplectebantur, *sur Rich. Si-*  
quibus etiam (b) *Aristobolus*, Ptolomæi Philometoris Præ- mon in *Hist.*  
ceptor annumerandus, qui Peripateticorum Sectæ firmiter *Cris. Vet. Testam.*  
addictus, & in eâ insigniter eruditus, alios quoque Judæos *Lib. 2. c. 17.*  
iisdem imbuere principiis frustra quæsit, cum plurimi (b) 2. *Maccab.*  
eorum Decretum à Patribus factum: (c) *Maledictus, qui do-* 1. 7. II. *adde-*  
*cer Filium suum Philosophiam Græcam*, rigorosè observarent. *Clem. Alex.*  
In ipsâ autem Judæa aliarum artium studia floruisse, *R. L. 1. Strom. it.*  
*schuda* (d) *Levisa* jactat, qui Synedrii Assessores manda- Eusebium *L. 8.*  
tum c. 3. *Præp. Evang.*  
B  
(c) *Confer. Hornium in Hist. Philos. L. 4. c. 2.* (d) *Parr. 2. §. 64. Legè*  
*Theoph. Spizelii Coronid. Philolog. ad Arcana Bibl. resecta §. 2.*

tum fuisse dicit, ne ipsos lateret ulla Scientia, five vera, five imaginaria, five ex consensu & instituto hominum excogitata, adeo, ut etiam incantationum magicarum, & linguarum variarum peritiam habere debuerint. Judæis Hellenisticis sine dubio annumerandus erit *Ezechiel Poëta tragicus,*

(e) *Lib. 1. Stro-* *cujus versus fere L. (e) Clemens Alexandrinus citat,*  
*mat, Lege Sixt. Senens. l. 4. Bibl. Sanctæ. Vossium de Poëtis Græc. p. 90.*

§. 19. In hoc rerum Judaicarum statu sectæ *Pharisæorum, Saduceorum, & Essæorum* ortæ sunt, & quidem sequenti ferè occasione: (a) Orta inter Legis Interpretes dissensione, quidam se *Karraim* dicebant, & nil, nisi verba Legis accipiebant; alii *Hassidim* dicebantur, qui supererogationes, Legumque consequentias addebant, & tandem præcepta Supererogationis in Canones redigentes, eorumque observationem ab aliis exigentes, se *Peruschim*, id est, Segregatos vocabant, ex quâ appellatione nomen *Pharisæorum* natum. Ex alterâ Sectâ *Karraim Antonius* quidam, seu *Antigonus Sochanus, Simeosophia Barbaricâ, nis* Iusti Discipulus, docebat: *DEVM esse colendum, ex mere amore, non propter præmia futura*; quâ Sententiam non re-  
 23. 24. *Legatur* et intellectam *Sadoc*, unus ex Discipulis, interpretabatur, præcipue *Iosephus Ant. Jud.* publiceque; docebat: *Nulla esse præmia futura.* Hujus itaque; *Assc-* clæ futuram vitam resurrectionemque; negarunt, & à Magistro  
*Lib. 13. c. 8. 9.* *Sadducæi* dicti sunt.

*Lib. 15. c. 13. primariò Lib. 18. c. 2. & de bello Judaico Lib. 2. c. 7. Adde de 3. Judæorum Sæctis opuscula Nic. Serrarii, Ioh. Drusii, Ios. Scaligeri cum Iac, Triglandii Diatribæ de Sæctâ Raræorum, edita Delphis 1703. 4.*

§. 20. *Essæi* hâc occasione orti sunt: cum *Johannes Hircanus* Simonis Filius, relicta *Pharisæorum* amicitia, *Saduceos* amare, *Pharisæos*que; premere inciperet, non pauci horum deferta petierunt, ibique rigidam, solitariam, calibemque; vitam agentes, à tacendo, seu quiescendo *Essæi* dicti sunt. Cætera *Judæorum* ante Christum natum seu obscura, s.

(a) *Hæc referen-* *fabulosa sunt; & quamvis magnam inter eos (a) Rabbino-*  
*da Iul. Barto-* *rum*

*locii, Ord. Cistert. Biblioth. magna Rabbinica, Romæ 1672. fol. & R. Schab-*  
*tai Ben. Ioseph Bibliopola VVratisl. Labia dormientium, edita Hebr. Amstelod.*  
*1681. in 4. Versio latina elaborata a. non edita per Gustav. Peringerum;*  
*aliam promissè Christ. Wormius.*

rum copiam fuisse non negemus ; hi tamen relicta veriori Sapientiâ, anilibus fabulis, aut vanis superstitionisq; artibus, paucissimis exceptis, operam dabant. Et, licet Rabbini tum *Synedrii* sui Assessores singulos omnium Scientiarum gnaros faciant, aut cum R. Iochanan (b) LXX. Lingvarum (b) *In Gemara* peritiâ insignes proferant, hoc ipso tamen nihil aliud, nisi in- *Babyl. ad Tit. Sanhedrim. c. 1.* signe mentiendi studium demonstrarunt.

*Lege Theoph. Spizelii Coronid. Philolog. §. 2.*

Cap. II.

De Barbarorum Eruditione.

§. 1.

**I**nter Gentes profanas olim Græcos, Romanosq; studia bonarum artium longè accuratius excoluisse reliquis omnibus, nemo facillè negabit ; sed & illud manifestum est, inter illas nationes, quas Græci Romaniq; barbaras vocarunt, citius literas artesq; floruisse, & ab earum nonnullis demum ad Græcos veltalios pervenisse. (a) Harum itaq; Gentium, ut vulgò (a) *De Barbari-* audiunt, Barbararum, Eruditionem antiquam inqvirituri, *ca Philosophiâ le-* secundum tres orbis partes, *Asiaticam* primò, tum *Africanam*, *genti*: Ottonis & tandem *Europæam* paucis delineare volumus.

*Heurnii Bar-*  
*baricæ Philosophiæ Antiquitatum Libri II. Lugd. Bat. 1600. 12. Christ. Kort-*  
*holti Tractatus de Origine progressu & Antiquitate Philos. Barbaricæ Jenæ 1660. 4.*  
*Thom. Burnetius etiam Archaeologiæ Philosophicæ Libro I. de Gentium Barb.*  
*antiquitatibus liter. agit, Londin. 1692. 4.*

§. 2. Inter *Asiaticas* Gentes *Affryii* & *Chaldæi* primi fuerunt, qui tam bonas, quam vanas (a) & superstitionosas artes (a) *Vid. Heur-* excoluere. Hæc Gens per omnem vitam philosophata est, *nus Lib. I. Phil.* & in syderali Scientiâ præ cæteris mortalibus excelluit, ut *Barb. qui Chal-* *Diodorus Sic.* (b) testatur ; quam Scientiam juvit, quod in *daicus inscribitur.* camporum patentium æqvioribus habitaret, ubi ex terrâ ni- (b) *Lib. 2. c. 29.* hil eminuit, quod contemplationi cæli officere posset, ut *Ci-* (c) *Lib. I. de Di-* cero (c) loquitur. Quantâ solertiâ Parentes Filios suos *ventione.* has artes docuerint, prolixè *Diodorus Sic.* (d) describit ; quâ (d) *Loc. cit. ad-*

B 2

indu- de A. Gallium

*Noët. Art. Lib. I. c. 9. & Phavorini Orationem de Chaldæis ap. eundem Lib. 14. cap. I*

industriâ effecerunt, ut *Astrologia* ipsa *Chaldaica* *Ar.*, *Astrologi* autem omnes *Chaldaei* dicerentur.

§. 3. Unde hanc artem *Affyrii* primò hauferint, difficile di&u est, cum in tantis remotæ Antiquitatis tenebris veram ex multis eligere opinionem haud facile liceat. Qui ex (a) *Vid. Ioseph. Sethi* columnis (a) principia Artis deducunt, incerto nimis fundamento nituntur; nec forsân meliori jure *Plinius* (b) *cap. 4. extr.* *Belo* Astrologiæ inventionem adscribit, per quem *Hornius* (c) (b) *Lib. 6. c. 26.* Nimrodum intelligit, qui tamen, si *Bocharto* (d) fides habenda, Turris Babylonica, sicqve etiam Astrologiæ inventionem posterior fuit. *Abrahamum* Chaldæos hanc artem docuisse, *Iosephus* (e) *Berosi* autoritate demonstrare nititur, (d) *in Phaleg. lib. 1. cap. 10. extr.* *Abrahamum* Chaldaicam divinandi artem invenisse; cui tamen (e) *Lib. 1. cap. 15. ant. Jud.* idem Turris Babylonica fidem derogare videtur. Nec majoris momenti est, quod *Servius* (g) ait, *Promethæum* (f) *de præpar. Ev. angel. lib. 9. c. 17.* (g) *ad 6. Eclog. Virgilio.*

(a) *Vid. Athanasius Kircheri Turris Babel, Amstel. 1678. fol. 14. 15.* (a) *Turris Babylonica* (a) mirabili structurâ sua docuit, jam tum secundo post diluuium seculo artes & scientias his gentibus notas fuisse; sive illa turris unicè nominis perennitatem, & dispersionis evitacionem, (b) sive etiam commodiorem syderum contemplationem pro scopo habuerit. *Viti Geograph. Sacr. Part. 1. f. Phaleg. Lib. 1. cap. 13.* (b) *Sam. Bocharto* dicuntur huc pertinere *Plinii* verba qui teste *Epigene*, gravi Autore, docet, (c) apud Babylonios DCCXX. annorum observationes syderum co&tilibus laterculis fuisse insculptas; quo etiam trahendum, quod *Simplicius* (d) refert, *Callisthenem*, (b) *Genes. 11. v. 4.* cui cum *Alexandro* abeunti id negotium *Aristoteles* dederat, *Lege Ioh. Hen. MM. circiter* annorum observationes Astronomicas ex *Babylonia* remisisse. Non tamen illud dissimulandum, nec *Histor. Patriarch. Exerc. 21. Part. 1.* omnibus summam hanc antiquitatem *Babylonicam* veram videri, de quâ & *Phavorinus* apud *Gellium* (e) dubitat; nec adeò (c) *Hist. Nat. L. 7. c. 56.* accuratam hanc artem apud eos fuisse, cum *Diodoro Siculo* teste nec ulla Eclipsium demonstrationes aut prædictiones (f) (d) *Comment. 46. in Aristot. L. 2. de Cælo.* habuerint; cumqve lunam non alieno lumine lucere, sed (f) *de Astronomia & Astrologiæ Chaldaorum agit Diod. Siculus Lib. 2. c. 30. 31.* potius

potius dimidiâ parte candentem, dimidiâ cæruleam docue-  
rint, prout ex *Berosi* Hypothesibus (g) *Salmasius* docet.

(g) in *Præfat. ad*

*Diatribis de annis Climactericis.*

§. 5. Inter has Gentes etiam origo omnium Lingva-  
rum quærenda, quippe quæ à Turris Babylonicæ ædifica-  
tione ob imissam divinitus linguarum (a) confusionem re- (a) *Non per lin-*  
cedere necesse habuerunt, cum prius unica in orbe lingua *gvarum mutatio*  
inveniretur; quod non modo cælestis (b) Veritas, sed & *nes, sed lingua*  
Gentilium nonnulli, ut *Abydenus* apud *Eusebium* & *Sibylla balbutientis* pæ-  
quædam apud *Josephum* (c) indicant. Quæ illa omnium *nam rem explicat*  
prima lingua fuerit, dubium quidem est; (d) sed quamvis *Camp. Vi-*  
*Maronita* Chaldaicam sive Syriacam, *Theodoreto* idem sentien- *tringa Sacrar-*  
te, substituunt, *Goropius Becanus* (e) Scythicam suam sive Ger- *Observ. Lib. 1. c. 1.*  
manicam antiquam omnibus præferat, *Phil. Cluverus* (f) pri- (b) *Genes. 11. v. 1.*  
mam Linguam non nisi in vita æterna iterum apparituram (c) *Ant. Jud. l.*  
statuat, imo & *Johannes Clericus* (g) nullam hodie existen- *1. c. 9.*  
tium linguarum primævam fuisse, sed eam inter varias dia- (d) *Lege Sam.*  
lectos evanuisse putet; Hebræa tamen lingua à plurimis pro *Bochart. Geogr.*  
fundamentali & prima habetur, quod non tantum *Judei* (h) *Sacra Lib. 1. cap.*  
& *Cabalista*, verum & plurimi Patres veteris Ecclesiæ, *Hie-*  
*ronymus*, (i) *Augustinus*, (k) aliique testimonio suo compro- (e) *in Indo-Scy-*  
bant. *thicus & Herma-*

*ibena.* (f) *German. Antiq. Lib. 1. c. 8.* (g) *in Dissert. 1. addita ad Genesim.*  
*edit. Amst. 1693. fol.* (h) *Bochartus l. c.* (i) *In Sophonia cap. 3. & Epist. 144.*  
(k) *de Civit. DEI Lib. 16. c. 11. Lege & Steph. Morini Exercitationes de Lin-*  
*gvâ primævâ, qui pro Hebraicâ pugnat. Ultraj. 1694. 4.*

§. 6. Quot linguæ eo tempore in Babylone enatæ sint,  
etiam explicare difficile est; quamvis enim Judæi LXX. (a) (a) *Juxta nume-*  
populos & Linguas evasisse, multis rationibus probare ni- *rum Filiorum &*  
tantur, & quamvis Patres antiquæ Ecclesiæ, *Clemens Alex. Nepotum Non-*  
(b) *Eusebius*, (c) *Epiphanius*, (d) *Augustinus*, (e) & *Prosper Aqvi-*  
*vanicus* (f) aliique LXXII. Linguas citent, omnes tamen cer- *Gen. 10. Lege*  
to fundamento destituuntur. Quomodo autem Eruditio *Bochartum*  
in Babyloniâ creverit, & ad posteros propagata sit, obscu- (b) *Lib. 1. Stro-*  
rum *matum.*

B 3

(c) *in Chronico.* (d) *in Panario Lib. 1. §. 5.* (e) *De Civit. DEI L. 16. c. 3.*  
(f) *De Vocations Gentium Lib. 2. cap. 4. aut Prosper Aurelianensis, ut vido-*  
*rum Vossio in Hist. Pelag. lib. 1. cap. 20.*

rum est, paucaq; restant, tam ex Sacris quam profanis Scriptis ejus rei monumenta, quæ paucis eruere nostrum erit.

§. 7. Circa Ægyptiacæ calamitatis tempora in vicinia Babylonix habitasse videtur *Jobus*, quem Esavi Filium ex Bessara conjugè fuisse *Aristæus*, in Iudaica Historia, *Ensebio*

(a) *Præpar. Ev- ang. Lib. 9. c. 25.* Eruditio, Sacræq; Sapientix incomparabilis notitia satis ex ejus Libro apparet; qui sive ab ipso *Jobo*, ut *Pineda* statuit, sive à *Mose*, ut *Bellarminus* (b) multis rationibus probare nititur, sive à Propheta quodam, ut *Isidoro* (c) placet, scriptus sit, divino certè Spiritu suggerente scriptus, (d) rebusq; profundissimis repletus fuit. Nec Amici *Jobi*, *Eliphas The-*  
*manites*, *Bildad Subites*, *Zophar Nahamathites*, & *Elihu*, magnæ Eruditionis laude privandi sunt, quamvis genuinis principiiis destituti sanctissimam veritatem erroneis opinionibus tinere ex multis maculent.

*Astronomicis patet, ut cap. 9. v. 9. cap. 38. v. 30.* (b) *De Script. Ecclesiast.*

(c) *In Etymol. L. 6. c. 1.* (d) *Miras de Libro Jobi opiniones vide in Camp. Vitringæ Sacrar. Observ. Lib. 1. c. 1, adde Ioh. Clerici Iudicia Theol. Holland. de Rich. Simonis Critica Epist. 9. cujus impia placita diluit Ioh. Henr. Majus Dissert. 1. inter Diss. selectiores de Scriptura S. Multa ficta inpersa putat Lud. El. du. Pin. in Biblioth. Aut. Eccles. Tom. 1.*

§. 8. Inter Chaldaeorum Eruditos meritò etiam referen-

(a) *Numer. 22.* *dus est Bileam*, qui ad Euphratem (a) in montibus habitans, *v. 5. & cap. 23.* Augur, Magus & Incantator erat, tantæ quidem Autoritatis, *v. 11.* Legantur ut crederetur aliorum fortunam solis carminibus suis modeste eo *Heurnius* rari posse; inde & *Balak*, Rex Moabitarum ad maledicendum in *Indico Tract. 2.* Israëlitis eundem accersebat. Quamvis autem hunc *He-*  
*cap. 7.* *Sixtus bræi*, secundum *Hieronimi* (b) testimonium, item *Tertullia-*  
*Senens. Bibl. S. nus & Prosper Aquit.* imò & inter recentiores *Otto Heurnius*  
*Lib. 2.* (c) pro pio & sancto Propheta habeant, contrarium tamen (b) in *Traditio-*  
*anibus in Genesin*; notatis, partim ex *Origenis*, (d) *Augustini*, (e) & aliorum plu-  
*quod opus quidem* rimorum testimoniis, luculenter apparet. (f) Scripta hujus  
*dubium est.* Pseudo-

(c) *de Philos. Barb. in Indico loc. cit.* (d) *Homilia 13. in Numer.* (e) *Quest. 47. & 48. in Num.* (f) *Legantur multa apud Sallianum A. M. 2583. num. 61. & seqq. Vide & ea, quæ Ant. Ricciardus in Comment Symbolicis profert.*

Pseudoprophetæ inter Successores extitisse, & *Magis* Christi cunas accedentibus causam itineris fuisse *Origenes* putat.

§. 9. Purior autem reddita est *Chaldaorum* Philosophia, cum Iudæi captivi iisdem ubiq; miscerentur, & sanctus Propheta *Daniel* Magorum Præfectus Scholas purioris Sapientiæ institueret, ut supra docuimus. Reliqua *Chaldaorum* in obscuro latent; quamvis etiam post Christum natum *Chaldaorum* artes adhuc floruisse, (a) ex multis Scripto-

(a) Sic *Faustina* amore gladiatoris

captâ à *Marito M. Antonino Chaldaei in Consilium vocati, qui & medelam attulerunt, Iul. Capitolin.*

§. 10. Monumenta Chaldaicæ Eruditionis pauca vel nulla restant; prout & paucorum nomina nota sunt, qui has artes docuerunt. *Sibylla Erythræa* (a) *Babylonia* fuisse dicitur à *Lactantio*, cujus Oracula nonnulla hodiernum (b) quamvis fide dubia, circumferuntur. Sic etiam *Sibylla*, quæ vulgo *Persica* audit, pro *Chaldea* habetur à *Iustino Martyre*, (c) qui eam celeberrimi *Berosi*, Sacerdotis *Beli* filiam fuisse tradit. *Berosus* ille, cui ob divinas prædictiones *Athenienses* statuam inauratâ lingvâ posuerunt, ut *Plinius* (d) testatur, Historiam Chaldaicam tribus Libris, circa *Ptolomæi Philadelphii* tempora conscripsit; sed hujus thesauri non nisi parva quædam fragmenta, apud *Iosephum* (e) restant; mendacia enim *Xystridis* *Betuleji* *Ioh. Annii Viterbiensis* nemò sanæ mentis pro *Berosi* scriptis habebit. Præter hunc etiam *Strabo* (f) *Seleucum Chaldaicum* civitatem, ubi & varias Chaldaeorum Sectas recenset. *Democritus* etiam de sacris in *Babylone* literis scripsisse apud *Laërtium* (g) dicitur, sed & illud opus interiit. Nonnulla tamen adhuc de Sapiencia *Babyloniorum* à *Michaële Psello* conservata sunt, qui Scholia in oracula Chaldaica, & dogmatum Chaldaicorum brevem declarationem scripsit.

(a) Vide de *Sibyllis* *Lactantii* *Div. Instit.* *Lib. 1. c. 6. & de ira* *DEI* *c. 43.*

(b) *Sibyllarum Libri 8. Versibus beroticis descripti* *Græci cum Notis* *Xystridis* *Betuleji* *Bas.* *1545. 8.*

(c) *Lat. Seb. Castalio* *Basil.* *1599. it. Gr. & Lat. Ioh. Obsopeus* *Paris.* *1599. 8. Elegantiissime à* *Serv. Gallo* *Amstelod.* *1689. 4.*

§. 11. *Chal-*

(c) *In Parenesi ad Græcos. Approbat illud Onuph. Panvinius de Sibyllis; negat penitus Vossius de Hist. Gr. Lib. 1. cap. 13.* (d) *Hist. Nat. Lib. 7. c. 37.* (e) *Lib. 1. c. 5. & 15. & Lib. 10. cap. 2. & 12. Ant. Jud. Item Lib. 1. contra App.* (f) *Lib. 16.* (g) *Lib. 9. cap. 7.* (h) *Thom. Stanley in Hist. Philosophicâ post Græcos Philosophos adjecit Historiam Philos. Chaldaicæ lectu dignissimam, quæ Lat. reddita à Ioh. Clerico prodit Amstel.* *1690. 8.*



§. II. Chaldæis Persæ succedunt, quorum Eruditi *Magorum* nomine noti, in magno olim habebantur pretio. Horum primus *Zoroaster* fuisse creditur; quem *Bactrianorum* Regem fuisse, primumque artes magicas invenisse, & Mundi Principia, siderumque motus diligentissime spectasse, *Justinus* (a) asserit. Sed *Ammianus Marcellinus* (b) eum ex Chaldæorum vulgo ignora de arcanis multa didicisse, docet. Ab hoc diversum *Zoroastren* *Zoroastre* è Scri-

(a) *Lib. 1. c. 1.* *Multa curiosa &* *ptoribus Orienta-* *libus* *adfert* actius describit, dicitur de pretiosis lapidibus *Libros V. de Barth. Dher-* *Astrorum effectis 1. de Agriculturâ V. & vicies centum millia* *belot in Biblioth.* *versuum futurorum prænunciorum scripsisse; quæ omnia* *Orientali, editâ* *cum innumeris aliis Hermippus collegit. & in indices digessit,* *Gall. Paris. 1697.* ut *Plinius* (c) testatur. *Quamvis autem hæc omnia diu amissa* *fol. (b) Lib. 23.* *sint, tamen Ioh. Picus Mirandulanus* (f) se quædam de iis possi-

*cap. 8. (c) De dere gloriabatur.* *Barb. Philosoph. L. 2. c. 3. ubi & ejus Oracula XI. capitibus adducit, è Plinii Lib. 30.* *cap. 1. sumta. (d) Lib. 30. cap. 1. Hist. Nat. (e) loc cit. (f) in Epist. ad* *Mars. Ficinum. Oracula Zoroastris cum Comm. Gemist. Plethonis. editis Lud.* *Tiletanus Paris. 1535. it. Franc. Patritius cum aliis Ferrar. 1591. fol. Lege* *Ioh. Henr. Ursini Lib. de Zoroastre Bactrianorum Nor. 1565. 8.*

§. 12. Auxit hanc Magorum Scientiam *Hystapes Darius*

(a) *Lib. 23. c. 8.* Pater, ut *Ammianus* (a) *Marc.* docet, qui cum *Indiæ* secreta fidentius penetraret, *Brachmanorum* monitu, rationes mundani motus & siderum, melioresque; Sacrorum ritus edoctus, ex his, quæ didicerat aliqua Magorum sensibus infudit, quæ illi cum disciplinis præsentendi futura per suam quisque progeniem posteris ætatibus tradiderunt. Inter posteros ejus in hac arte pauci noti sunt, præter *Osthanem*, qui *Xerxem*

(b) *Hist. Nat.* in bello contra Græcos comitatus est, & ut *Plinius* (b) docet, *Lib. 30. c. 1.* Græcorum populos, ad rabiem, non aviditatem modo Scientiæ Persicæ egit. Non minor tamen celebritas fuit alterius

(c) *Plinim l. c. Osthanis*, (c) qui *Alexandrum* comitatus, orbem terrarum

*Lege de Magorum* *Collegiis Dan. Georg. Morhofium in Polyb. Lib. 1. c. 13. it. Barth: Dherbelot* *in Bibl. Orient. qui Magos & Zabios s. Sabios diversas sectas facit. Tom. Stanley Magos* *& Chaldæos pro iisdem habet, sed refutat ab interprete Ioh. Clerico, qui Magos* *sacrorum Antistites, Chaldæos vero Astrologos fuisse probat.*

peragravit. Præter hos vix aliquis magni nominis inven-  
endus, nisi quod *Suidas Oetium*, Perfarum Philosophum citet.

§. 13. Magnam verò *Magorum* Authoritatem fuisse, ex  
multis Authorum testimoniis constat, cum, *Apulejo* (a) teste, (a) in *Apolog.* 1.  
non ulsi temerè inter *Perfas* concessum esset, *Magum* esse, ubi accusatus quod  
haud magis, quam regnare; cumque, ut *Cicero* (b) ait, nullus *Pudentillam*.  
*Rex Perfarum* esse potuerit, qui non antea *Magorum* Disci-*magicis carmini-*  
plinam Scientiamque perceperit. Ex his quatuor Viri eli-*bis tentaverit, se*  
gebantur, Sapientissimus, Justissimus, Temperantissimus & excusatus.  
Fortissimus, quibus regii Filii, XIV. annis nati, in disci- (b) *De Divinatio-*  
plinam tradebantur, ut *Plato* (c) docet. Doctrinam autem ne Lib. 1.  
*Magorum* *Diogenes Laërtius* (d) prolixè describit, qui eos *Idola* (c) in *Alcibiade*  
rejecisse, sexum Diis attributum risisse, corporum combu-*priori.*  
stionem averfatos fuisse, de *Justitia* differuisse, futura præ- (d) in *Præfatio-*  
scivisse, & alia multa profert. *no.*

§. 14. Vicini *Persis* sunt *Indi*, quorum Philosophi olim  
celeberrimi, (a) ignoto vero nomine, à Græcis *Gymnosophi-* (a) *Lege Stra-*  
quam tamen in argumentis probalitatem admittebat. Hic *tor & Diffusator*  
*Physicã* neglectã, *Erbicam* præferebat, magnusque Orator *insuperabilis*. Le-  
erat, & *Stoicorum* acerrimus osor. Hunc *Clitomachus* (b) *gatus ab Atheni-*  
Carthaginienſis excipiebat, qui quamvis XL. annis natus *ensibus missus fuit*  
in Scholam *Carneadis* receptus esset, eam tamen postea cum *ad Romanos, cum*  
laude continuabat. Hi fere inter antiquos Academiae Se- Diogene, *Stoi-*  
ctatores celebriores fuere; quamvis enim (c) *Sextus Empi-*  
*ricus* doceat, *quãsam Philonis & Charmide*, imò *quintam An-*  
*tiocli Academicam* à nonnullis adjici, minor tamen horum *Lege* Gellium  
Autoritas fuit, cum & magis magisque *Stoicis* accederent. lib. 7. c. 14. *Ca-*  
Restaurata tamen fuit post Christum Natum *Platonicorum* *to* *suadebat, non*  
Eruditio, & satis floruit, de quã infra suo loco dicendum *audiendos, quia*  
erit. *possent æqua pa-*

*riter & iniqua persuadere; præcipuè Carneadem cito remittendum censebat &c.*  
Plinius lib. 7. c. 30. *Adde Ælianum lib. 3. c. 17.* (b) *Afdrubal in Patria*  
*dilutus, Diog. Laert. lib. 4. c. ult.* (c) *Pyrrhon, Hypobes. lib. 1. cap. 33.*

§. 15. Visis Academicorum Sectis ad Epicureos progredi-  
mur, quibus jam supra ab *Eleaticæ* Sectæ capitibus, *Leucippo &*  
*Democriso* viam paratam diximus. (a) *Epicurus* Athenienſis, (a) *Vita prolixè*  
Grammaticam ante docuerat, sed perceptis *Democrisi* prin- ap. Diog. La-  
cipiis excitatus, novam Philosophiæ Sectam introducebat, *ert. toto Lib. 10.*  
Hostis Rhetoricæ & Logicæ, (b) eoque nomine constantiffi- *Adde Pet. Gas-*  
mus *Stoicorum* adversarius erat. Timorem animis hominum fendi *Animad-*  
eripere cupiens, Divinam providentiam negabat, omniaq; *vers. in eundem*  
è casuali Atomorum fluxu facta asserebat. Cum volupta- *Librum; & Eju-*  
tem, sive desideriorum nostrorum terminum *Summum Bonum dem de Vita &*  
esse statueret, Discipuli quidam non recte intellectã *Magi-*  
stri sententiã, in voluptatibus corporis *Summum Bonum Libros 8. in Jac.*  
qværentes, infamem (c) hanc Philosophiam reddiderunt. *Rondelli de vi-*

E 3

Inter eã & moribus

*Epicuri Librum. Amstel. 1693. 12.* (b) *Cicero Lib. 1. de Nat. Deor. & Hic-*  
*ron. Epist. ad Magnum.* (c) *Infamiam Epicuri prolixè diluit Gassendus in*  
*Vita Epicuri, in specie lib. 3. infamiam hanc recenset, inde diluit; lib. 4. impieta-*  
*tem, lib. 5. malignitatem, Lib. 6. Gulam, Lib. 7. Venerem, Lib. 8. Odium artium*  
*Liberalium.*

(d) *Vide de his & alii* Inter Sectatores illius *Mus*, è Servo Philosophus, (d) & *Her-*  
*machus* celebriores extiterunt; imò & ultra Christi tempora  
 dum *lib. 1. c. 8.* non paucos propugnatores invenit.  
*de Vita Epic.*

§. 16. Excipit *Epicureos* celeberrima *Stoicorum* secta,  
 cujus Principia ex fonte *Socratis* hausta cum veteri *Academia*  
 (a) *Vita Zeno-* in multis convenere. Princeps hujus Sectæ (a) erat *Zeno*  
*nis ap. Diog. Citiensis*, qui ex *Cratetis* Atheniensis Scholâ proveniens, in  
*Laërtium lib. Porticum* docuit, indeque *Stoicorum* nomini originem dedit,  
 7. c. 1. Adde numerosum semper Auditorium habens. Summum Bonum  
 Eusebium *de* in vitâ rectæ rationi conveniente collocabat. & à Virtutis  
*Præp. Evang. lib.* rigido exercitio nullis affectuum illecebris se abstrahi patie-  
 14. c. 6. & *lib.* batur. Deum Spiritum esse, & per omnia diffusum, statue-  
 15. c. 14. *Gasp.* bat, omne, quod animat corpora, Deum esse putans; omni-  
 Scioppii *Ele-* busque rebus fatalem necessitatem impositam credebat. *Zeno-*  
*menta Philos. mo-* mne (b) *Cleanthes* sequebatur, ob alacritatem in laboribus tole-  
*ralis Stoicæ. Mo-* randis alter *Hercules* dictus. *Chrysippus* (c) hunc excipiebat,  
*gunt. 1606. 8.* Dialecticus omnium clarissimus; hunc *Diogenes Babylonius*, *Le-*  
*lusti Lipsii* gatus cum *Carneade* Romam missus, eumque iterum *Antipater*  
*Stoicæ Physiologiæ* (d) secutus est, qui *Posidonium* Stoicorum Scholæ Principem  
*Libri 3. it. Ma-* reliquit; imò Sectam hanc deinde multi ex Romanis suam  
*nuduct. ad physio-* fecerunt.

*logiam Stoicam. Antvv. 1610. 4.* *Jac. Thomasi* *Diss. de Stoicâ mundi exustio-*  
*ne. cum aliis Dissert. ad Hist. Stoicæ Philos. facientibus. Lips. 1676. 4.* *Legatur &*  
*Thom. Burnetius in Archæol. Philos. lib. 1. cap. 12. it. Joh. Franc. Bud-*  
*dæi Dissert. 4. de præcipuis Stoicorum in Philos. moralis erroribus. Halæ 1698. 4.*  
 (b) *Vid. Diog. Laert. lib. 7. c. 3.* (c) *Diog. Laert. lib. 7. c. 5. Si apud*  
*Deos Dialectica daretur, non aliam, quam Chysippi futuram dicit Val. Max.*  
*lib. 8. cap. 7.* (d) *De Antipatri laudibus quædam habet Cicero lib. 3. offic.*

§. 17. His majoribus Græcæ Philosophiæ Sectis me-  
 rito annumeratur *Peripatetica*, quæ ex eadem *Socratis* Scho-  
 (a) *Nicomachi*, à producta, *Aristotelem* (a) *Stagiritam* Autorem habuit. Hic  
*Medici Amyntæ* à XVII. ætatis anno *Socratem* (b) per triennium audivit;  
*Regis, filium. Vi-* tum *Platoni* per integros XX. annos adhæsit, huicque præ-  
*ram Aristotelis le-* cæteris

*ge ap. Diog. Laert. lib. 5. cap. 1. Eam quoque Ammonius & Damascius scri-*  
*psere. And. Schottus Vitæ Aristot. & Demosthenis comparatas Olym-*  
*piadibus & Præturæ Atheniensium digestas edidit Aug. Vindel. 1603. 4.* (b) *Am-*  
*monii testimonio; alii rem in dubium vocant.*

cæteris charus, mox in *Philippi* (c) amicitiam receptus, *Fi-* (c) *Epistola Phi-*  
*lii*que illius *Alexandri* studiis præpositus est. Hujus *Disci-*  
*lipuli* insigni Gratiâ & munificentiâ adjutus, animum seriò ad *legatur ap. A.*  
*Philosophiam* (d) excolendam applicuit, atq; ex omnibus *Gellium, Noct.*  
*optima* sibi eligens, peculiarem Sectam (e) constituit, quæ, *Attic. lib. 9. c. 3.*  
 quia deambulando in *Lyceo* Athenis docebat, Peripatetica di- (d) *Curiositatem*  
 cta est. Disciplinas omnium primus quoad omnes partes ac *Aristot. lege*  
*curatâ Methodo* (f) adhibitâ tradebat, & per omne Sapientiæ *descriptam ap-*  
*humanæ* genus vagatus, de singulis fere erudita Scripta re- *Athenæum Di-*  
*linquebat.* Quamvis autem omnes alios Philosophos (g) *prof. lib. 8. cap. 8.*  
 superaverit accurato philosophandi modo, (h) eum tamen am- *idem lib. 9. re-*  
 bitiose sæpe aliorum laudes suppressisse, & in opinionibus fert, *Alexan-*  
*de Deo, origine Mundi, rebusque Spiritualibus* longè *Plato-*  
*drum ad solam*  
*niciis inferiorem esse, multis videtur.*

*animalium Histo-*  
*riam DCCC. Talenta contulisse.* (e) *Disfidium inter Platonem & Aristot.*  
*graphicè delineat* Ælianus *Var. lib. 3. c. 19.* (f) *Dexteritatem ejus in Metodo*  
*nondum ab ævo condito quæ affectus fuerat, dicit* Lud. Vives *ad August. de Civ.*  
*Dei lib. 8. c. 12.* (g) *Mathematicus inter alia insignis. Ostendunt hoc* Jos. Blanca-  
 nus *in Locis Mathemat. Aristot. Bonon. 1615. 4. & Phil. Müllerus in Eclo-*  
*giæ Mathem. ex operibus Arist. Lips. 1625. 8.* (h) *Cum Athenis infirmaretur,*  
*quod Deos contemneret, & juvenes perderet, Socratis fatum timens, in Chalci-*  
*dem abiit, ibid, paulò post mortuus est. Diog. Laert. & Dionys. Halicarn.*  
*Sed Justinus Mart. in Paræn. adversus Gentes scribit, eum pudore mortuum, quod*  
*naturam Euripi a noscere non posset. Libri Aristotelis in Ægyptum translati*  
*sunt; primus enim Bibliothecam crexerat, quam Theophrasto reliquit, Theo-*  
*phrastus Neleo, Neleus Ptolomæo Philadelpho vendidit, exceptis ta-*  
*men Autographis Aristotelis, quæ demum à Sylla Romam translata sunt & à Ty-*  
*rannione emendata, operam suam addente Andronico Rhodio. Vide ea*  
*prolixè exposita ap. Strabonem lib. 13. Adde Plutarcham in Sylla. Ju-*  
*deos gloriari, Aristotelem ante obitum Religionem Judaicam amplexum fuisse, re-*  
*fert Joh. à Lent, Tb. D. & Prof. Herborn. in modernâ Theol. judaica cap. 1. Her-*  
*born. 1694. 4. Aristotelem à quibusdam Divis annumeratum, & Præcurso-*  
*rem Christi in naturalibus, ut Johannem in Spiritualibus habitum notat Joh.*  
*Baleus de Script. Britann. Cent. 14. in Append. ad Joh. Majorem.*

§. 18. Ex *Aristotelis* Successoribus, qui *Philosophiam*

*Peripateticam* propagarunt, & ornarunt, primus fuit *Theo-*

(a) *Tyrannus an-* *phrastus* (a) *Eresius*, qui *Eloquentiâ & Eruditione* sua effe-



ea dictus ab Ari- rat, ut in Scholam ipsius confluerent circiter bis mille Au-  
 stotele ob divi- ditores. Hunc (b) *Strato Lampfacenus* excipiebat, *Physicus*  
*num eloquium no-* dictus, dignusque præ reliquis habitus, qui *Ptolomæi Phila-*  
*men mutatum. Le-* *delphi* Juventutem regeret. Huic *Lycon Troadensis* (c) succes-  
 ge *Vitam ap. Di-* sit, ob dulcedinem sermonis *Glycon* dictus, animo & corpore  
 og. *Laert. lib. validus.* Ab eo tempore, qui Scholæ *Peripatesicæ* præfue-  
 5. c. 2. Adde rint, obscurum est; celeberrimi tamen extitere non pauci  
 Joh. Meursii hujus Sectæ Philosophi, quales fuere: *Demetrius* (d) *Phalere-*  
*Tbeophrastum, De us,* ex Reip. Atheniensis Governatore Exul, mox Bibliothecæ  
*Successione ab A-* carius Alexandrinus; *Heraclides Ponticus*, (e) ob Superbiam  
 rist. *addicta lege Pompicus* dictus, multorum Librorum Autor; *Crisolaus*, (f)  
 A. Gellium Legatus cum *Carneade* & *Diogene* Romam missus, aliique.  
*Noët. Art. lib. 13.* Causa deficientis Sectæ hujus in Librorum defectu quæren-  
 c. 5. (b) *Vita* da; cum enim Bibliotheca *Aristotelis* per (g) *Neleum* vendita  
 ap. *Diog. La-* in Ægyptum translata esset, ipsius autem *Aristotelis* libri post  
 ert. *lib. 5. c. 3.* *Neleum* in manûs indoctorum venissent, ab iis sub terrâ in sol-  
 (c) *Artali Ami-* sâ quædam occultati sunt, ne à Regibus Pergamenis, Libros  
 cus. *cultu mundif-* undique conquirentibus, auferrentur. Erutos hos tandem  
*sumus, valido &* *Apellicon Tefus* magno pretio redemit, quamvis lacunis ple-  
*Athletico corpore.* nissimos; eosque demum *Sylla* Athenis captis Romam trans-  
*Diog. Laert. tulit;* sicque cum Libris ipsa *Peripateticorum Philosophia*  
*lib. 5. c. 4.* Romam migravit.

(d) *Athenis CCCLX. statuis æneis honoratus.* *Diog. Laert. lib. 5. cap. 5.* *Biblio-*  
*thecarium Alexandrinum fuisse variis argumentis negat* *Humfr. Hody in Dissert.*  
*contra Aristæ Librum Oxon. 1685.* 8. (e) *Tumentis corpore, veste mollicula.* *Vide*  
*Diog. Laert. lib. 5. c. 6.* (f) *Lege A. Gellium Noët. Art. lib. 9. c. 5.* *Ma-*  
*crob. Satyr. lib. 1. c. 5.* (g) *Hæc omnia ap. Strabonem lib. 13.*

§. 19. Præter has Sectas celebriores, non paucæ erant  
 famæ minoris, quæ maximam partem ex *Socratis* Schola

(a) *Noverat* prodierant. Talis erat Secta *Cyrenæcorum*, ab (a) *Aristippo*,  
*omnem convenien-* *Socratis* Auditore, condita, quem, cum lautius viveret, & in  
 tia *rationem sibi* voluptate corporis sensûs titillante summum Bonum quære-  
*mulare, hinc Di-* ret, *Dionysisque* Aulam ad omne genus deliciarum promptus  
 onyso *charis-* frequentaret, *Diogenes* canem regium appellavit. Illius tamen  
*sumus erat. Vide* *Philosophiam filia Arete* continuavit, & in filium *Aristippum*,  
*Diog. Laer-* qui  
*tium prolixè lib. 2. c. 8. adde Voffium de Hist. Gr. lib. 4. c. 8.* *De eo quædam*  
*habet Horat. L. 1. Epist. 17. & lib. 2. Serm. sat. 3.*

qvi ex inde *Metrodidactus* vocatur, propagavit. Fuerunt & alii ejus Successores, qvi iterum in tres Sectas *Hegeſiacorum*, *Anniceriorum*, & *Theodoriorum* diviſi ſunt; ſed eorum omnium vix ſola nomina reſtant. Idem de *Elienſi* ſecta dicendam, cui *Phædon* (b) *Elienſis*, ſervus antea, tum *Socratis* ſvaſu ab (b) *nobiliſſima Alcibiade* emtus, nomen dedit, camqve per *Pliſtanum* *Elienſi*, ſed cum paſſim ad *Menedemum* (c) *Eretriensẽ* propagavit, à quo ſectæ *triã captus*, intra nomen mutatum, quæ inde *Eretriens̄is* dici cœpit.

*ſellulam infami quaſtui ſe addicere coactus.* Lege *Diog. Laert. l. 2. c. 9. ubi & Pliſtanus citatur.* (c) *Miſſus miles ab Eretriensibus in Megaram, præſidio futurus, ad Platonem contendit, inq, illius retia non invitus incidit, deſeruitq, militiam. Lege vitam prolixè ap. Diog. Laert. lib. 2. c. 18.*

§. 20. Inter *Socratis* Auditores etiam *Euclides* (a) *Me-* (a) *Alius à Mathegareniſer*erat, cum ſumma moleſtia (b) *periculoqve Magi-* matico, qvi tempoſtrum audiens, qvi poſt *Socratis* mortem *Secta Megareniſis* *Au-* re *Ptolom. La-* tor extitit, quæ, cum *Dialecticam* & argumenta captioſa gi vixit. *Vita bu-* exerceret, *erſtica* dicta eſt. Hujus *Scholam* continuarunt *juſ ap. Diog.* (c) *Eubulides Mileſius*, (d) *Clitomachus Thurinus*, *Scilpo* (e) *Mega-* Laert. l. 2. c. 10, *renſis*, & alii, quorum tamen parva tantum notitia reſtat. *Cy-* (b) *Megaren-* *nici* ex eadem *Socratis* *Scholâ* prodierunt, *Antiſthene* (f) *Au-* ſibus *Athe-* tore, qvi cum in loco (g) *κυνόσαυρος* dicto doceret, nomen nas *renire capi-* *Sectæ* inde ſumptum fuit, quamvis alii alias nominis ratio- *rale erat, hinc fa-* nes adferant. Hic *Antiſthenes*, cum ſucceſſoribus ſuis, (h) *mineo habitu in-* *Diogene*, (i) *Oneſeriso*, (k) *Cratete* *Tebano*, ejusqve uxore (l) *Hip-* dutus eò venit. *parchiã*, *Menippo*, (m) aliisqve docebat: *Sapientem contem-* *A. Gellius lib.*

F

tis 6. cap. 10. (c)

*Ariſtotelis Hoſtis acerrimus.* *Diog. Laertius lib. 2. c. 10.* (d) *Ejus mentio ap. Diog. Laert. lib. 2. c. 11, in Diodoro Crono. alius à Clitomacho* *Carthag. ſupra §. 14. citato.* (e) *Vir compoſitiſſimus & optimus* *Diog. Laert. lib. 2. c. 12.* (f) *Vita ap. Diog. Laert. lib. 6. c. 1.* (g) *Nominis rationem tradit Suidas in voce κυνόσαυρος. Sextus Empiricus in Pyrrh. Hypotheſibus dicit, eos Cynicos nominari, quod canis inſtar bonos tue-* *rentur, malos allatrarent.* (h) *Diog. Laert. lib. 6. c. 2. Multa de eo* *Ælianus paſſim.* (i) *Diog. Laert. lib. 6. c. 3. adde* *Ælian. lib. 3. c. 6.* (k) *Diog. Laert. lib. 6. c. 4. adde* *Ælian. lib. 3. c. 6. Var. Vir mag-* *nae Autoritatis.* (l) *Vita ap. Diog. Laertium lib. 6. c. 7. Ab amore Crate-* *tis ſe non avelli patiebatur, licet ipſe fraderet* (m) *Diog. Laert. lib. 6. c. 8.* *Libri illius viſu pleni, hinc Satyra Menippea denominatur.*

tis omnibus terrenis rebus ex sola virtute vivere, hinc nec opum, nec aliarum rerum indigere; fuitque eorum doctrina in multis laudanda, si impudentiam excipias, quâ omne, quod contra honestatem non erat, in aperto suscipiebant.

§. 21. Visis plurimis Græcorum Eruditorum sectis pauca de iis adjicienda sunt, qui vel Philosophorum nomen non meruerunt, vel certam Sectam non constituerunt. Il-


(a) *Vita prolixè* lud de *Pyrrhoniis* seu *Scepticis* dicendum, quibus *Pyrrho* (a) ap. Diog. La. *Eleus, Theophrasti & Epicuri* coætaneus, originem dedit. Hi ert. lib. 9. c. 11. *Media Academia* placita suscipientes, etiam illud se nescire *Compendiosè* de *Pyrrhone & Sectâ* dicebant, quod nihil scirent, omnibusque rebus incertitudinem adscribebant. Præter hos autem nonnulli erant, qui agit *Eusebius* in nullius Magistri verba jurantes, ex singulis Sectis optilib. 14. c. 18. de ma sibi eligeant. Horum verò parvus numerus erat, do-Præp. *Evangel.* nec tandem circa Nativitatis Christi tempora (b) *Potamon Alexandrinus* aliorum ingenia ad hanc *Electricam* Philosophiam tus *Empiri-* excitaret.

*cus* (sub Antonino Pio vivens) legendus in *Pyrrhoniarum Hypobesum Libris 3.* qui cum *Henr. Stephani* versione prodire *Genevæ* 1621. fol. (b) *Eum* Diog. Laert. in *Prefatione* citat. *Ante Augustum & post eum vixisse* *Suidas* refert.

## Cap. IV.

### De Itolorum Eruditione.

#### §. 1.

uperest Eruditio apud Italos ab antiquissimis temporibus exulta, de quâ quædam superaddenda sunt. Quamvis (a) *Sibyllæ* *Italicae, Cimmericæ, Samia, Cumana, Tiburtina*, huc referendæ videantur, earum tamen ætas & omnia incertâ sunt. Certior Schefferi *Philosophia* est *Pythagoræ* Eruditio, quæ multos admiratores invenit, seu de naturâ & constitut. *Philos.*

*Pythagorica Libri 8.* Vpsal. 1664. 8. is. Joh. Schilteri *Diff. de Disciplina Pythagoræ.* Jenæ. 1676. 8.

men gessit. Pythagoras (c) ex Scholis *Pherecydis Syri*, Sacer- (c) *Mnesarchi*  
 dotum *Aegyptiorum*, Chaldæorumque, tantam Sapientiam in *Gemmarum Scul-*  
 patriam retulit, ut non modo vivens omnibus admirationi *ptoris filius*. De-  
 esset, sed & post mortem à Metapontinis adoraretur, ut *scribitur à Diog.*  
*Justinus* (d) testatur. Summus *Mathematicus* erat, aliisque *Laërtio lib. 8.*  
 Scientiis inclutus, ad quas Auditores suos quinquennali (e) *cap. 1.* Porphy-  
 silentio præparabat. Multis tamen vanitatibus refertam *rio in Vita Py-*  
 illius Philosophiam fuisse, ex rebus *magicis*, quas traçavit, *thag. Jamblichi*  
 & (f) *metempsychosi* assertà apparet. *chi Libellus de*

*Vita Pythagoræ extat, cum Desid. Haraldi observ. editus Paris. 1599. Sed Luc.*  
*Holstenius lib. 1. de Vita Pythagoræ (Rom. 1630. 8.) se alios 2. Libros Jamblichi ha-*  
*bere dicit. quorum Editionem promittit. Idem promittit Thom. Gale, in opusculis My-*  
*thologicis Cantabr. 1671. editis. (d) Libro 20. cap. 4. ubi multa de Pythagorâ.*  
 (e) *Tempus non definitum. Lege A. Gellium Noct. Att. lib. 1. cap. 9. (f) Se primum*  
*Æthalidem, Mercurii fil. fuisse dicebat, tum Euphorbum, deinde Hermoti-*  
*um, postea Pyrrhum piscatorum quendam; demum Pythagoram. Anglus qui-*  
*dam qui se in Dedicacione Whiteloke Bullstrode vocat, Tentamine edito Lond. 1692.*  
 8. *Anglicè, Pythagoram defendis, quod Metempsychosin de animâ sensitiva & vege-*  
*rativâ modò intellexerit. Multa Pythagoram à Judæis didicisse Josephus lib. 1.*  
*cont. Appionem asserit. Sed eum circumcisum, Religionem Judæorum assumisse Joh. de*  
*Pineda in Salomone prævio lib. 3. c. 28. §. 10. docet, & de qua re agit Godofr. Rab-*  
*nerus in Amœnitatibus Hist. philologicis, Programm. 16, (Lips. 1695. 8.) Carme-*  
*litæ Biterris in Provinciâ Tolosanâ, Thesibus Anno 1652. publicè propositis, Pythagoram*  
*in Carmelitarum numerum receperunt, quod illis objicit Dan. Papebrochius in Re-*  
*spons. adversus Seb. à S. Paulo Antvv. 1696. 4. Huc spectat Joh. Frid. Meyeri*  
*Dissus. Hamb. 1700, Resp. Dan. Bandeco habita: utrum Pythagoras Judæus, aut*  
*Carmelita fuerit?*

§. 2. Prout autem Pythagoras à Scholis suis sexum sequi- (a) *Vid. Sui-*  
 orem non excludebat, ita & ei in docendo successit Uxor *The-* (a) *dam in Voce Os-*  
 ano, (a) quæ & nonnulla carminicè scripta reliquisse dicitur. *Tum Telanges* (b) & *Mnesarchus* Filii Pythagoræ docuerunt, *avâ. Quedam il-*  
 ex quorum Scholâ *Empedocles* (c) *Agrigentinus* prodiit, præ- *lius citat Clem.*  
 cipuum *Alexandr. lib.*

F 2

4. *Strom. Epistolas quasdam illius Henr. Stephanus, Diogeni Laërtio adjecit.*  
*Prolixius de eâ agit Ægid. Menagius in Hist. Mulierum Philosopharum §. 79. seqq.*  
 (b) *Euseb. Lib. 10. c. 3. Præp. Evang. (c) Diog. Laërtius lib. 8. c. 2. De morte*  
*illius Horat. in Arte Poët. q. extr.*

--- --- --- --- *Deus immortalis haberi*

*Dum putat Empedocles, ardentem frigidam*

*influit.*

cipuum sui temporis ornamentum, qui egregiè cultus, & aureâ coronâ redimitus incedere solebat. Post eum præter

(d) *Vita ap. alios Archytas* (d) *Tarentinus*, summus Mathematicus, *Plat. Diog. Laert.* tonisqve amicus, *Philolans* (e) *Crotoniata*, ex cujus Libris *lib. 8. c. 4. ubi* Plato multa didicisse dicitur, *Eudoxus*, (f) *Archyta* Discipulo & *Literæ illius ad lus*, Astronomus summus, qui cum *Philolao* Terram moveri *Platonem habent* statuebat, *Timæus* (g) *Locrus*, qui de animâ mundi scripsit, *Var. Legatur eru. Lysis* (h) *Tarentinus*, aureorum carminum Autor, & *Ocellus dita Dissert. de Lucanus*, (i) cujus Liber de naturâ universi adhuc hodie *Archyta Joh. perest*, clari Pythagoræi exstiterunt, quibus tamen serè *Andr. Schmi-* omnibus ja&antiæ macula adhærebat.

*dii Jenæ 1683. habita.* (e) *Diog. Laert. lib. 8. cap. 7. Librum illius de Secta Pythagoræorum Plato C. minus mercatus fuit.* *A. Gellius lib. 3. c. 17. Noct. Attic.* (f) *Non Italus, sed Cnidius, diu tamen in Italia vixit.* *Diog. Laertius lib. 8. c. 8. add. Cicero lib. 2. de Divin. Strabo lib. 2. Censorinus cap. 18. de die Natali.* (g) *Lege de Timæo Joh. Jonsum de Script. Hist. Philos. lib. 1. cap. 6. De eo & aliis omnibus Joh. Schefferum in Libro super citato.* (h) *Aureorum Carminum Autorem fuisse Diog. Laert. in Pythag. indicat. Edidit ea novissimè & comment. illustravit, cum Etbicâ Pythagoræâ Mag. Dan. Omeis Altorf. 1693. 8.* (i) *Tempus illius incertum, Libellus Περί πωρίος per Ludov. Nogarolam versus, & cum notis editus ap. Commelin. 1596. in 8. Tum & Car. Eman. Vizzanius vertit, & cum Comment. edidit Romæ 1646. 4. Edidit & Thom. Gale cum aliis opusculis Mythologicis antiquis Cantabr. 1671. quæ editio curâ Marci Meibomii repetita Amstelod. 1688. 8. ubi Timæi Locri de animâ mundi & naturâ opusculum aditum. Thom. Burnetius in Archaeol. Philos. lib. 1. c. 11. Ocelli Librum pro suppositio habet.*

§. 3. Ante Pythagoræ tempora jam *Hetrusca disciplina*

(a) *De eo Ovi-* in Italiâ floruerat, cujus initia ad *Tagen* (a) quendam *refedius Metam. ult.* runtur, quæ tamen in meris serè *auguriorum vanitatibus Indigenæ dixere* consistebat. Post Romam conditam primus *Eruditionis Tagen, qui pri-* laudem merebatur (b) *Numa Pompilius*, Consultissimus *Vir* *mus Etruscam omnis Divini ac humani juris, qui non Pythagora* artibus, quo *Edocuit Gentem* ipso antiquior erat, sed suo *opte ingenio virtutem colens, discipulus aperire* fuisse *disciplinâ tetricâ ac tristi veterum Sabimorum* excultus erat, *turos.* ut

(b) *Pythagoram fuisse dicitur ab Ovidio, Plutarcho, Clemente Alex. apud Euseb. lib. 9. c. 3. de Præp. Evang. sed Livius probat, Pythagoram integro Seculo post Numam, Tarquinii Sup. tempore in Italiam rediisse.*

ut *Livius* (c) de eo testatur. Hujus Libri, cum demortui (c) *Lib. 1. cap. 10.* corpore arcæ lapideæ inclusi, usque ad bellum Punicum se- quo genere disci- cundum sub terrâ sepulti jacuerunt, ubi demum *Cornelio & plina nullum quom- Bēbio* Coss. sub Janiculo à Fossoribus inventi, (d) cumque *dam incorruptio* omnem Religionem everterent, facto S<sup>C</sup>to publicè cremati *fuisse dicit.* (d) sunt.

*Inventæ 2. arcæ, in quarum unâ corpus Numæ, quod tamen penitus evaserat, in alterâ 7. Libri latini de Jure Pontificio seu de ritu Sacrorum, item 7. Libri Græci de Disciplinâ Sapieniæ, quibus omnis Religio evertebatur. Lege omnia specialissimè descripta à Livio lib. 40. cap. 29. adde Plinium lib. 13. cap. 13. Hist. Nat. Laetantium lib. 1. c. 22. Div. Instit. Augustinum de Civ. Dei lib. 7. c. 14.*

§. 4. Post bella Punica Eruditio magis coli inter (a) (a) *Legatur Pa-* Romanos cœpit, ita tamen, ut teste *Gellio*, (b) *Sapientes Le-* gnini Gau- gum cognitioni primariò operam darent; cui rei non par- dentii *Liber de* vum jam olim emolumentum dederat *C. Flavius Scriba*, *Ædilis Philosophiæ apud* Curulis, (c) qui Jus Civile Romanum, in penetralibus Pon- Romanos *Origine* tificum antea reconditum, evulgaverat, & Fastos in foro & *progressu. Pi-* proposituerat. Tempore u<sup>P</sup>nici belli primi Historiam inter *su 1645. 4.* Romanos primus scribere *Saturnio versu* (d) cœpit *Cn. Navi-* (b) *Veteres Juris* us, qui uno volumine bellum hoc, cui ipse interfuerat, de- *Magistri, qui sa-* scripsit. Idem & primus *Fabulas* publicè exhibuit, sed irri- *pientes appellati* tata per Satyricam licentiam (c) *Familiâ Metellorum, Viscam sunt. Noct. Attic.* fugere coactus est; quanquam alii *L. Livium Andronicum* (f) *lib. 4. cap. 3.* primas Romæ fabulas exhibuisse contendant. Tempore (c) *Livius lib.* secundi belli Punici secutus est *Q. Ennius*, (g) qui primus *9. c. 46. Fastos* epico carmine Historiam Romanam, præterque eam Saty- *circa forum in Al-* ras, Comædias atque Tragædias scripsit, de quibus tamen *bo proposuit, ut* omnibus non nisi pauca fragmenta apud Grammaticos ci- *quando lege agi* tata extant. Hos Principes Poëseos antiqvæ *Plantus*, (h) *Cæ-* *possit, sciretur.* *tilius, Terentius, Pacuvius, Accius*, aliique secuti sunt. Sic & (d) *Citatur à* inter secundi & tertii belli Punici tempora, circa *Ennis mor-* Cicerone in *tem, Grates* (i) *Mallores* ab *Attalo* ad Senatam missus, primus *Car. maj. it. A.* studium *Grammaticum* in urbem intulit, quod paulò post *Gellio lib. 17.* tanta incrementa sumfit, ut supra *XX.* celebres Scholæ in *c. 22. s. ult. L.* urbe numerarentur. *Calp. Piso in*

*Libro de continen-*

*via Poëtarum initium adducit : Qui terras Latini Memores tulerunt Vires frudesq;*  
*pomiceas*

*poimicas fabor. Vid. Voffium de Hift. L. lib. 1. c. 2. (e) In Carcerem coniectus ob as-  
fiduam maledicentiam, & probra in Principes Civitatis coniecta; ubi 2. fabulas scripsit,  
quibus priorem petulantiam diluit A. Gellius lib. 3. c. 3. (f) Testantur A. Gel-  
lius Noct. Att. lib. 17. c. 21. Val. Max. lib. 2. c. 1. Lege Pet. Crinitum de  
Poet. Lat. lib. 1. c. 1. Lil. Greg. Gyraldum Dial. 8. init. de Hift. Poëtarum.  
(g) Ennii Fragmenta collegit & edidit Hier. Columna Eq. Rom. Neapoli  
1590. 4. tum Paul. Merula cum amplo Commentario Lugd. B. 1595. 4. De  
Ennio lege Pet. Crinitum lib. 1. c. 2. De Poëtis Lat. Gyraldum Dial. 4.  
de Hift. Poët. Voffium de Poëtis Lat. & de Hift. Lat. lib. 1. c. 2. Mart. Han-  
kium de Rom. rerum Scriptor. Part. 2. init. Joh. Alb. Fabricii Biblioth. Lat.  
Append. init. (h) Lege de his omnibus præter A. Gellium lib. 17. c. 21. fu-  
pra citatos Crinitum, Gyraldum, Voffium, Fabricium. (i) Refort  
hæc Suetonius de illustr. Grammaticis, initio.*

§. 5. Sed non tantum intra Poëtarum & Grammatico-  
rum cancellos eo tempore stabat Eruditio, sed & Viri de  
Rep. bellicoque statu meritissimi elegantiores Mulas ama-  
(a) De eo Li- bant. His præ cæteris annumerandus est M. Caro, (a) Cenlo-  
vius multa lib. riæ Dignitatis Vir, qui ab Ennio institutus optimi Orato-  
34. 38. 39. Elo- ris, optimi Imperatoris, optimi Senatoris nomen Plinio (b)  
gium vide apud meruisse videbatur. Sed hujus Summi Viri VII. Originum  
Valer. Max. Libri (c) magno Historiæ Rom. detrimento amissi sunt.  
lib. 8. c. 7. Vitam Eodem affectu literas prosequatur Magnus Scipio (d) Afri-  
apud Corn. Ne- canus, qui ob eas Ennium ne quidem sepulturâ à se divelli  
potem & Plu- passus est, quem ingenti amore fovebat, (e) Panætiumque  
tarchum; adde Præceptorum suum, Stoicum summum, & Polybium in ipso  
Voffium de expeditionibus periculosissecum habebat.  
Hift. Lat. lib. 1. c. 5. Hankium Pars. 1. c. 2. de Rer. Rom. Script. (b) Hift.  
Nat. lib. 7. c. 27. (c) Fragmenta Originum Johann. Annii Viterbiensis  
inter alios Antiquitatum Scriptores edidit, sed nuge sunt. (d) Vellej. Paterc.  
lib. 1. P. Scipio tam elegans Liberalium studiorum omniumq; Doctrinæ & Autor & Ad-  
mirator fuit, ut Polybium Panætiumq; præcellentes ingenio Viros domi mili-  
tiæq; secum habuerit, & aut corpus periculis, aut animum Disciplinis exercuerit. Vi-  
tam P. Corn. Scipionis Majoris Africani lege ap. Plutarchum. (e)  
Panætius Rhodius, Libros de officiis scripsit, quos Cicero lib. 3. de Offic. se secu-  
tum fuisse fatetur. Vide Suidam, Joh. Jonsum de Scriptor. Hift. Philos. lib.  
2. c. 13. Joh. Meursium in Rhodo.

§. 6. Ejusdem ævi etiam nobilis Historicus fuit Q. Fab-  
bins

*bis* (a) *Pictor*, cujus *Annales Romanarum rerum* passim qui- (a) *Primus ped-*  
dem ab Historicis citantur, hactenus autem in orbe frustra *stri sermone apud*  
quærentur, cum imposturæ *Annianæ* prudenti *Leçtori mi-* Romanos *Histo-*  
nimè satisfaciant. Nec laude suâ defraudandi sunt ejusdem *viam scripsit. Vi-*  
temporis *Historici*; *L. Cincius* (b) *Alimentus*, qui græcè & la- de de eu omnia  
tinè res Romanas descripsit; *Munatius Rufus*, *Catonis Socius*, collecta apud  
(c) & expeditionis *Cypriacæ* *Scriptor*; *M. Fulvius Nobilior*, *Vossium de*  
(d) cujus *Fasti à Macrobio* & aliis citantur; aliiqve, quorum *Hist. Lat. lib. 1.*  
nominum *Scriptorumqve* sola memoria restat, quam ope- c. 3. & *Mart.*  
roso labore ab oblivione vindicavit *Gerh. Johannes Vossius* in *Hankium de*  
aureo *Libro de Historicis latinis.* Rev. Roman.

*Script. Part. 1. c. 1.* (b) *Prætor bello Hanniblico interfuit, ab Hannibale captus,*  
*Maximus Autor à Livio lib. 2. j. vocatur, qui cum sapissimè citat. Historiam Han-*  
*nibalicam Græcè scripsit ut Dionys. Halicarn. refert. (c) refert hoc Val.*  
*Max. lib. 4. c. 3. (d) Vir celeberrimus, in Hispan. & Cœl. contra Ætolos magna*  
*gesit. Fastos in Æde Herculis Musarum posuit, ut Macrobius Saturn. lib. 1. cap.*  
*2. refert.*

§. 7. *Solis Legibus, aut Historiæ Gentis suæ hactenus*  
*operam dederant Romani, spretâ & rejectâ Græcorum eru-*  
*ditione eousqve quidem, ut & interdum Philosophica & ora-*  
*toria studia publicis Legibus (a) prohiberentur. Sed Sci-* (a) *Censoria e-*  
*pionis exemplum multa quoqve alia Romanorum ingenia dicta contra hæc*  
excitabat ad alias artes discendas & exercendas. Ipse *L. studia refert Sve-*  
*Corn. Sylla*, (b) *Sallustio* teste, Græcis & latinis literis doctissi- tonius de *claris*  
mus erat, qui *Aristotelis Libros* ex urbe *Atheniensi* primus *Rhetoribus in præ-*  
in *Italiam* intulit, *Libros* de (c) vitâ propriâ scripsit, sem- fat. item *A.*  
perqve *Eruditorum Fautor* extitit. *Sylla* tempore maxi- Gellius *lib. 15.*  
mum *Eruditionis Lumen* inter *Romanos* emicuit, *P. Teren-* cap. 11. *Noct. At-*  
*tius Varro Atacinus*, (d) *Vir linguæ latinæ & omnis Antiquita-* tic. *Quomodo Ca-*  
*tis, rerumqve Græcarum & Romanarum peritissimus, ut eum to de Legatû A-*  
*Quintilianus* (e) laudat. Huic eodem fere tempore non dis- theniensium judi-

*similis caverit, vide apud*  
*Plinium lib. 7. c. 30. & A. Gellium lib. 7. c. 14. (b) Sallustius de B.*  
*Jugurth. e. 95. adde Vellej. Paterc. lib. 2. Plutarchum in Syllâ. (c) Vlti-*  
*imum, quem non absolvit, Cornelius Epicædius, Syllæ libertus, supplevit. Sve-*  
*ton. de illustr. Gramm. c. 11. (d) è vico Atax Galie Narbon. Lege Pet. Cri-*  
*nitum lib. 2. c. 32. de Poët. Lat. Lil. Greg. Gyraldum Dial. 4. de Hist. Poët.*  
*Vossium de Hist. Lat. lib. 1. cap. 16. (e) Instit. Orat. lib. 10. c. 1.*



(f) *Divin. Instit.* similis fuit *M. Terentius Varro*, quo, (f) *Lactantio* teste, nemo *lib. 1. c. 6. Lege* unquam doctior, neque apud Græcos, neque Latinos fuit. *de Varrone* Hic omnem (g) *Philosophiam*, eruditionemque animo *Vossium de* complectens, *D. Volumina* scripsit eruditione plena, quorum *Hist. Lat. lib. 7.* tamen non nisi pauca (h) nostro tempore reservata sunt. *c. 12. Joh. Ion. Paulò* post *L. Plotius* (i) *Gallus* primus non sine concursu in- *sium de Script.* genti latinè docere cepit, cum antea Græcis unicè exercita- *Hist. Philos. lib.* tionibus ingenia alerentur.

3. c. 1. *Mart. Hankium Part. 2. de Script. rerum Rom.* *Ioh. Alb. Fabricium in Bibl. Lat.* (g) *Illustre testimonium de Varronis eruditione multiplici* habet *Cicero lib. 1. Acad. quæst.* (h) *Opera seu potius operum fragmenta colle-* git *Ausonius Popma, & cum notis edidit Lugd. B. 1601. 8.* (i) *Svetonius* *cap. 1. de claris Rhetoribus, ubi notabile Testimonium Ciceronis adducit.*

§. 8. Ab eo tempore usque ad Nativitatem Salvatoris (a) *Lactantio* Italia Eruditis plenissima fuit. *Philosophiam* primus (a) *teste lib. 3. c. 16. Scripto* propagavit *T. Lucretius Carnus*, (b) totâ *Philosophiâ* *Div. institus.* (b) *Epicuri* VI. *Libris* de rerum naturâ egregiè expositâ. *P. Ni-* *Lege de Lucre-* *gidius* (c) *Figulus* magnâ tum *Mathematicorum studiorum* *Pet. Crinit.* laude florebat; imò *Summi Reip. Principes* *Philosophiæ* *de Poët. Lat. cap.* operam dabant. In *Luculli* *Bibliothecam* copiosissimam *19. Gyraldum* omnibus patentem *Eruditi* velut ad *Musarum* (d) *Hospitium* *Dial. 4. Hist. Poë-* *divertebant, & tempus* inter se traducebant, ipseque cum *tarum. Prolixè* omnem quidem *Philosophiam* coleret, veterem tamen *Aca-* *Vitam & Acta* demiam præ cæteris diligebat, indeque *Antiochum ascaloni-* *Lucretii eruit* ten *Amicum & Convictorem* secum habebat. *Quantam* *Dionys. Lam.* *Eruditionem* possederit *C. Julius Caesar*, (e) vel ex *intimis* *binus & præmi-* *Astronomicæ rei* adytis desumpta *Anni temporis*que corre- *sit editioni suæ* ctio, vel *Libri* de propriis rebus gestis eruditissimi, vel *aliæ* *operum* *Lucre-* *vitiæ* illius *Actiones* satis ostendunt. *Cn. Pompejus* (f) *Magnus* *& M.*

*Vir Prætorius, Medicus, Astrologus.* *Magna ejus Laus legitur apud Lucanum lib. 1.* *Pharsal. vers. 639. seqq.* De eo prolixius agit *A. Gellius Lib. 19. cap. 14. Noct.* *Attic Fragmenta operum Figuli* collegit. & digessit *Ianus Rutgerius Var.* *Lect. lib. 3. c. 16.* (d) *Prolixè & eleganter hæc omnia Plutarchus in Lucullo.* (e) *Lege Vitam prolixè à Svetonio & Plutarcho descriptam.* (f) *Magni-* *ficus Pompeji Laudes refert Vellej. Paterc. lib. 1. Vitam accuratè descripsit Plu-* *tarchus, ubi inter alia notabilis Pompeji post Pharsalicam cladem fugientis Di-* *spusatio de providenciâ cum Cratippo Philosopho.*

& *M. Portius Cato*. (g) *Vticensis* vulgò dictus, Stoicæ Philo- (g) *De eo* Vel-  
phiæ notitiam in vitâ & morte demonstrabant; imò, o- lejus Patere,  
mnis ferè, qui ad aliquem dignitatis gradum inter Romanos lib. 1. *Homo vir-*  
pervenerat, Eruditionis adminiculo instructus erat. *tuti similimus, &*

*per omnia ingenio Diis quam hominibus proprior; qui nunquam rectè fecit, ut face-*  
*re videretur, sed quia aliter facere non poterat; cuius, id solum visum est rationem ha-*  
*bere, quod haberet iustitiam; omnibus humanis vitiis immunis &c.* *Lege vitam*  
*ap. Plutarchum. Adde Florum lib. 4. c. 2.*

§. 9. De *M. Tullio Cicerone* (a) dubium est, an majorem (a) *Vita Ci-*  
inde gloriam reportaverit, quod Consul Reipubl. Romanæ ceronis *apud*  
utilissimus, an quod Orator, Philosophus, imò Summus (b) *Plutarchum*  
*Polyhistor* fuerit. Imitatores in re oratoriâ (c) *Q. Hortensius* legatur. *Corn.*  
*um, L. Crassum*, aliosque permultos habuit. Florebant & *Nepotem Vi-*  
tum Historici magni nominis, *C. Sallustius* (d) *Crispus*, pri- *tam Ciceronis*  
mus, *Martiali* iudice, in Romanâ Historiâ; *T. Livius*, (e) in- *prolixè scripsisse,*  
gens Historiæ Romanæ Lumen; *Cornelius Nepos* (f) *cujus patet ex A. Gel-*  
lii lib. 15. c. 28.

G

*Historiam Ciceronis ex omnibus Scriptoribus collegit & in annos 64. chronologi-*  
*cè digessit Franc. Fabricius Marcoduranus; eam inde commodiorem fecit Chri-*  
*stoph. Heidmannus Eloq. Prof. Helmstad & emendatiorem edidit Ioh. Buno*  
*Hamburg. 1672. 12.* (b) *Vix decimam partem operum residuam esse docet*  
*M. Ant. Muretus Var. Lect. lib. 15. c. 1. Operum ejusdem optima Editio est*  
*Jani Gvilielmi & Jani Gruteri Hamburg. 1618. fol. maj.* (c) *Eos Ci-*  
*cero ipse passim citat. De Hortensio vid. A. Gellium lib. 1. c. 5. Vol-*  
*sium de Hist. Lat. lib. 1. c. 11.* (d) *Sallustius Senator, Tribunus, Namidiæ*  
*Præfectus &c. Sed obrapinas & adulteria Senatu motus. Lege de eo Vossium de*  
*Hist. Lat. lib. 1. c. 15. Mart. Hankium de Rer. Rom. Script. Lib. 3. c. 6.*  
*Ioh. Alb. Fabricium in Biblioth. Lat.* (e) *Livius Patavinus. Gaditanum*  
*quendam Romam venisse ad Livium videndum refert Plinius L. 2. Epist. 3. Omnia*  
*de Livio collegit Phil. Jac. Thomasinus in Livio Patavino. Amstel. 1670. 12.*  
*Ad. Vossius de Hist. Lat. lib. 1. c. 19. Hanckius Part. 1. cap. 9.* (f) *Chronicon triplex scripsit. de quo Catullus:*

*Namq; tu ausus es unus Italorum*

*Omne ævum tribus explicare Chartis*

*Docti, luppter! & laboriosis.*

*Sed hoc & alia plurima perierunt. Lege Vossium de Hist. Lat. lib. 1. c. 14.*

(g) *Sub Jul. Ca-* non nisi paucissima restant; *Diadorms* (g) *Seculus* magnis  
*sare mag. ad medi-* peregrinationibus, & incomparabili diligentia clarus. Imo  
*am Augusti ata-* ipse *Jul. Caesar* Historicorum numerum felici stylo auxit, cui  
*tem vixit. Biblio-* non culpandus Continuator (h) *A. Hirtius* accessit. Sed ne  
*thece Historica* aliquid eruditi Seculi felicitati deesset, suavissimi Poëtae Mu-  
 io, *Annorum ope-* sas amœniores reddebant, quorum Principes *Catullus*, (i) *Ti-*  
*vam impendit, &* *bullus*, (k) *Propertius*, (l) *Cornelius Gallus*, (m) *Virgilius*, (n) *Ho-*  
*ititnera per Asiam* *ratius*, (o) *Ovidius*, (p) *Gratius* (q) aliique (r) fuerunt, qui ma-  
 & *Europam fecit*, ximâ ex parte adhuc hodie non sine ingenti admiratione  
 Vid. Vossium aut delectatione leguntur.

*de Hist. Gr. Lib. 2. c. 2.* (h) *Librum 8. de Bello Gallico, item de Bello Alexandrino*  
 & *Africano scripsit. Lege Vossium de Hist. Lat. lib. 1. c. 13. Hankium Part. 1. c. 5.*  
 (i) *C. Valer. Catullus, Veronensis, Ciceronis & Corn. Nepotis Amicus.*  
*Lege de eo Pet. Crinitum de Poet. Lat. lib. 2. c. 27. Gyraldum Dial. 4. de Hist.*  
*Poët. Vossium de Poëtis Lat. Ol. Borrichium Diss. 1. §. 18. de Poët. Lat.*  
 (k) *Albius Tibullus, Eques Rom. Amicus Horatii & Ovidii, qui & mortem*  
*illius Elegiâ proluxa deslevit. Vid. Pet. Crinitus lib. 3. c. 41. Gyraldus Dial.*  
 4. *Vossius de Poët. Lat. Borrichius Diss. 1. §. 22.* (l) *S. Aur. Propertius,*  
*Amicus Mæcenatis, Ovidii, Tibulli; vid. Crinitum lib. 3. c. 43.*  
*Gyraldum, Vossium. (m) Cn. Cornelius Gallus descriptus à Pet.*  
*Crinito lib. 3. c. 42. Gyraldo, Vossio l. c. Lege & Vossium in Instit.*  
*Grat. lib. 5. cap. 13. §. 3. (n) P. Virgilius Maro, Mantuanus, ubiq. notus.*  
*Lege Crinitum l. 3. c. 37. Gyrald. & Vossium l. c. Ol. Borrichium*  
*de Poët. Lat. Diss. 1. §. 17. (o) Q. Horatius Flaccus satis notus. De eo*  
*Gyraldus l. c. Pet. Crinitus l. 3. c. 38. Vtriusq. Patronus erat C. Cilnius*  
*Mæcenas, cujus Vitam Jac. Maria Cinni D. Italise descriptit & edidit Rom.*  
 1684. *Chronologiam Horatii exactè tradit Tanaqv. Faber lib. 2. Epist. 46----*  
 49. *Adde Olaum Borrichium Diss. 1. §. 19. (p) P. Ovidius Naso Sal-*  
*monensis, Tomis in exilio sub Tiberio mortuus. Lege Pet. Crinitum lib. 3. c. 46.*  
*Gyraldum Dial. 4. Ol. Borrichium Dissert. 1. §. 21. De omnibus his adde*  
*Joh. Alb. Fabricium, in Bibl. Lat. (q) Gratius Phaliscus, Cynægetici*  
*Scriptor, diu ignotus, donec eum Casp. Barthius animadversionibus illustratum cum*  
*Nemesiano & Calpurnio ederet Hanov. 1613. 8. Recentissimè eum cum notis*  
 & *variis Lectionibus publicavit Johnsonus Londini 1700. 8. Lege Gyraldum*  
*Dial. 4. (r) Lege hic præ cæteris Lil. Greg. Gyraldum, in eruditiss. Dia-*  
 logis *de Historia Poëtarum, qui haud exiguam antiqui temporis hujus Poëtarum copiam*  
 adducit & exponit.

a. n.  
HERMANNI CONRINGII  
Commentarius

de  
SCRIPTORIBUS.

Seculum I.

Cap. I.

De Scriptoribus Ecclesiasticis.



Um nasceretur Salvator noster, divinx Religionis doctrina penes solos *Judeos & Profelytos* erat. Sicut autem hi erant diversarum nationum, ita & ipsi Judæi, quod per omnem terram dispersi vagarentur, similiter diversæ admodum erant, non aliter ferè atque hodie, & lingvæ & patriæ. At, *Evangelicâ de Christi doctrinâ* in lucem productâ, è Judæis quidem, apud quos sanè unicè floruerat ille *Ἰουδαϊσμός* doctrina, pauci illam amplexi sunt; contra tamen mox illi adhæsit reliquarum Gentium per totum orbem innumera multitudo. Eo factum, ut post *Judaica Religio, & doctrina Christiana* vere divina inter se fuerint distinctæ, dum scilicet nec Judæis decissent, qui suam propagarent.

Fuit porrò, ut aliquamdiu ante, ita & hâc tempestate non una doctrinæ ratio, aliis nempe præter ea, quæ Sacris *Mosaicis* in voluminibus sunt exarata literis, nihil: aliis ad hæc *Prophezarum* scripta: aliis ad hæc *Δουλεγωσις* & manu traditam quandam Legem, pari cum *Mosaicis*, inò majori reverentiâ amplectentibus; quarum priori sententiæ *Sadducei*, ultimæ *Pharisæi*, magnâ famâ tum Judæorum Hæretici, inò omnes forsan *Legis Doctores*, etiam Sectis non additi, quantum ex Christi interpretationibus liquet, favorunt. Etiam circa ipsius Scriptæ Legis interpretationem magna

fuit diversitas, & in Sectas non *Phariseorum* tantum & *Sadduceorum*, sed etiam *Essæorum*, (quos tamen à concionibus templi, sacrificiis, & consortio exclusos fuisse indicat *Iosephus* L. 18. c. 2. Ant. Iud.) aliorumque abiit, scissis popularium animis, & à genuinâ Legis observatione plerisque multum discedentibus.

Ex illis v. *Judæis Græcissantibus*, qvt i. Seculo florere, duos tantum habemus, *Philonem Alexandrinum* C. Cæligulâ Imperatore, alterum *Fl. Iosephum*, *Matathiæ* Fil. nobilem suæ Gentis Historicum, Cæsare *Vespasiano*. Scripsit autem *Philo* allegoricam Vet. Testamenti interpretationem, adco, ut creditus sit platonizare. *Photius*, (Cod. 105.) cum de Libris quibusdam *Philonis* à se lectis, egisset, addit: *Et verò, ab hoc arbitror, omnem Allegoricum S. Scripturæ Sermonem promanasse*; id quod imprimis notandum arbitror. Reliquorum Iudaicorum Scriptorum nihil hodie extat, præter R. *Jonathanis Ben-Vziel*, Discipuli R. *Hillelis*, (si sane ejus est, quod habemus,) *Targum*, sive paraphrasin in Prophetas & *אגודות*. Etsi enim *Onkelon* Paraphrasten nonnulli huc transferunt, verius tamen ille ad sequens Seculum pertinet.

Præter hos verò videnter hoc Seculo vixisse judaicæ doctrinæ Magistri *Simeon*, (fortè is, qui ulnis infantem Jesulum excepit, & *Gamaliel* Senior, S. Pauli Præceptor, & iterum *Simeon*, bello judaico occisus, & magni illius R. *Hillelis Principis* Filius, Nepos & Pronepos. Centum quippe annis ante excidium templi vixit *Hallel*, cujus progenies hæc serie sequitur, si *Abrahamo Levita* credimus; nam in libro, cui titulus est: *Seder Olam Suta*, haud paulò alia instituitur temporis ratio. Ex *Abrahamo* autem discimus, eodem tempore per traditionum Iudaicarum peritiam floruisse *Jonathanem*, filium *Vzielis*, & *Joshanam Zachæi* Fil. alterum maximum, alterum minimum *Hillelis* Discipulorum. Nihil verò agit ille *Abraham*, quando *Alexandro Jamne* Rege, adeoque diu ante vixisse vult nostrum Christum; nam, quæ ex Thalmude adducit, aut sunt fabulosa, aut de alio Jesu loquuntur.

Cæterum Ecclesiasticorum illius temporis Scriptorum certum est, hodieque esse illa, quæ dicuntur *Novi Fœderis Volumina*,

*Lumina*, ab *Apostolis* nempe *Matthæo*, *Johanne*, *Petro*, *Jacobo*, *Judâ*, *Paulo*, & *Apostolicis* discipulis, *Marco* & *Lucâ* conscripta. Etsi verò multa alia circumferuntur, ut ab *Apostolis* & *Apostolicis* *Viris* profecta, sunt tamen illa omnia longè inferiori conditione, & si non omnia, pleraque certè mentiuntur nomen. Ejus notæ sunt: Liber inscriptus *Pastor*, *Hermæ* attributus, quamvis hic adeò antiquus sit, ut à *S. Irenæo* & *Clemente Alex.* testimonium habeat; item *Prochori*, unius è septem *Diaconis* Scriptum; item *Lini*. *Abdiæ* *Babylonsi*, *Martialis*, & similia. Laudatur etiam Antiquus *S. Clemens*, Romanus Papa, inter hujus tempestatis *Scriptores*, neque pauca ejus nomen præ se ferunt. Sed, quæ antiqui laudavêre, jam perierunt, præter unam ad *Corinthios* *Epistolam*, nuper in *Angliâ* editam; quæ verò alia feruntur, pleraque à *Doctis* *Clementi* abjudicantur. Similiter etiam *Dionysio* *Arcopagita* illi, quem *Paulus* in *Athens* ad *Christianam* fidem dicitur perduxisse, varia hodie tribuuntur. Sed etiam olim de iis esse dubitatum, constat ex *Photio*; & *Avorum* memoriâ à *Laur. Vallâ*, *Erasmo* *Rot.* *Ludovico* *Vive*, & aliis, omnia sunt rejecta; defensionem tamen eorum jam alii suscipere non desierunt, tum imprimis operosè id agere conatus est *Vindiciis* *Arcopagiticis* *Martinus* *Delrinus*. Ex eodem ævo commendantur antiquitus & *S. Ignatii* & *S. Polycarpi*, quorum uterque *Johannem* *Apostolum* familiariter audivit, *Epistolæ*. Extant etiam eorum nomine hodieque literæ haud paucæ, quarum tamen pleraque ab illis olim laudatis non parum abire, tum res docet, tum testatur *Eruditorum* consensus; ut proinde hujus *Seculi* *Scriptores* *Ecclesiastici* & olim fuerint rari, & nunc inveniantur longe rarissimi, quod olim quidem viva vox *Apostolorum* auribus adhuc insonaret, adeoque aliis *Scriptis* haud esset opus; hodie verò omnium vice sint ipsorum *Apostolorum* libri *Spiritu* *S.* moderante conscripti.

## Cap. II.

## De Scriptoribus Philosophicis.



Odem tempore omnes Græcorum Philosophorum Sectæ post *Socratem* Athenis natæ floruerunt. Nam, *Peripatetica* quidem Philosophia, quæ Libris illis *Aristotelicis*, quibus hodie utimur, *L. Sylle* tempestate in lucem rursus erutis, non nihil respiraverat, floruit in *Cratippo*, *Biotho Sidonio*, *Andronici Rhodii* Discipulo, *Nicolao Damasceno*, *Augusto Cæsari*, & *Herodi Regi* amicissimo, *Xenarcho* denique, *Alexandro Egeo*, *Neronis Præceptore*, & *Sotione Alexandrino*, Cornu copię Scriptorum. Quamquam verò horum in veterum Libris crebra fiat mentio, hodie tamen nihil amplius invenitur, præter paucula fragmenta ex *Nicolai Damasceni* universali Historiâ de moribus Gentium desumpta. In *Platonis* Sectatoribus circa initium hujus Seculi haud parva facta est doctrinæ mutatio, uti videre est ex *Ciceronis* Libris *Academicarum Quæstionum*. Cum enim ante tantum non omnes ejus Sectatores arcein suæ Philosophiæ collocassent in professione ignorantiæ, quasi nempe nihil posset exactè sciri; *Ciceronis* ætate id fuit immutatum, adeo, ut *Cicero* ipsemet conatus sit, recepti hætenus dogmatis tutelam suscipere, *Academicarum* quæstionem Libris. Posthæc igitur duplex cœpit ordo esse *Platonis* Sectatorum, ut ignorantæ illis patronis relicto *Academicorum* titulo, novi illi *Platonis* nuncuparentur. Sed horum omnium nemo magnum aliquod nomen in antiquitate adeptus est, tantum abest, ut hodie quicquam ejus Sectæ supersit ex illo Seculo.

In *Stoicis* laudatissimi tunc fuerunt *Arhenodorus Sandanis* *Augusti*, & *Cornutus* *Neronis* ætate. Hujus Præceptor fuit ex eadem itidem Sectâ *L. Annæus Seneca*, cujus libri in omnium manibus versantur. inter Latinos unicus *Stoicæ* Sectæ Scriptor. Vixit etiam hoc Seculo *Cleomedes*, cujus extant Libri meteorologici, seu potius sphærici. Cum primis vero magnæ tunc autoritatis fuit *Epistetus*, *Epaphroditi*, *Neroni*

roni Cæs. Familiaris, servus; adeò enim fuit in admiratione, ut non nemo ineptus mortui lucernam, *Luciano* teste, emerit ter mille Drachmis. Sed ille nihil scripsit; nam, quæ ejus nomine circumferuntur, potius sunt *Arriani*, qui ad Seculum proximum pertinet.

*Epicurea* Sectæ Scriptorem hujus ævi nullum commendat Antiquitas; *Cynica* verò Hæresis omni fere tempore caruit Scriptoribus, licet quam diutissime duraverit, usque ad *Augustini* ævum perducta; quod semel hic monuisse suffecerit. Ex quo apparet, hoc Seculum Scriptorum quidem Philosophicorum admodum fuisse sterile.

### Cap. III.

#### De Juris Romani Consultis.



Ugusto Imperatore erat jam Romæ, ut *Livius* (lib. 3. c. 34) loquitur, *immensus aliarum super alias acervatarum Legum cumulus*, seu, ut *Taciti* verbis utar, (Lib. 3. c. 25. *Annal.*) *ut ante hac flagitiis, ita tunc Legibus laborabatur*, quod jam tum *ad infinitam Legum multitudinem varietatemque esset perventum*. Sicut igitur jam aliquamdiu fora atque judicia illius urbis sine operosa juris peritiâ exerceri non potuerant, ita tum quoque ex tanto Legum numero & diversitate illius professionis hominibus quasi necessitate quâdam Autoritas crevit haud parum, contra quam aut ibi hætenus, aut alibi terrarum consueverat. Cæterum, quoniam ante illud ævum Scientiam Juris Romani professi sint, ex *Pomponio* de Origine Juris petendum est. Illâ vero ætate maximæ Authoritatis fuerunt *Atejus Capito*, & *Antistius Labeo*. Hi duo, (verbis utar *Pomponii*.) *primum veluti diversas Sectas fecerunt; nam Capito in his, quæ sibi tradita erant, perseverabat, Labeo ingenii qualitate, & fiduciâ doctrinæ, qui & cæteris operis Sapientiæ operam dederat, plurima innovare instituit*. Constat porro ex *Pomponio*, utriusque Discipulos fuisse, *Capitoni* quidem *Massurium Sabinum*, *Labeoni* verò *Nervam*, qui adhuc eas dissensiones auxerunt, ætate scilicet *Tiberii*, *Claudii* & *Caji*. *Sabinum* sectatus est

C. Cassi-



C. Cassius Longinus; Nervam vero *Nerva* Filius, & alius quidam *Longinus*; sed imprimis *Proculus*, cujus major *Authoritas* fuit; ut gliscente sectâ, partim *Cassiani*, à *Cassio* nempe *Longino*, partim *Proculejani* dicti sint. *Vespasiano* imperante, florere item *Cassii Auditor Cælius Sabinus*, *Proculi* verò *Pegasus*, *Urbi Præfectus*. Sub finem *Seculi* iterum *Cælii Sabinii Auditor*, *Priscus Favolenus*, & *Pegasi Juventius Celsus Pater*. Constat autem ex fragmentis illorum, quæ in *Pandectis Trebonianis* hodieque reperiuntur, plurimos ab his libros conscriptos, simulque multas inter illos dissensiones fuisse. Quo loco non possumus non adjungere sententiam *Georgii Eberlini*, doctissimi *Jcti* quam in *Commentario de Orig. Juris* (cap. 42.) concepit: *Capitonem & Labeonem magni quidam nominis Jctos fuisse, sed placitis suis eorum quemlibet adeò indulgisse, ut nescias, confuderint ne potius, an auxerint Romani Juris prudentiam. Semina insuper, inquit, civilium ejusmodi controversiarum inter Discipulos sparserunt, qui arrepta illa, velut in contraria studia scissi, tantâ pertinaciâ almerunt, defenderuntque, ut pleraque hodie dissidiis hujusmodi concertationibusque Pandectarum capita laborent, & inter tractantes ea interpretantesque peritos studiososque juris summa sit dissensio. Hæc ille. Cum primis vero notandum, primum Augustum Cæsarem (verba sunt Pomponii,) ut major Juris Autoritas haberetur, constituisse, ut ex Autoritate ejus responderetur, & ex illo tempore peti hoc pro beneficio cœpisse. Quo factum, ut ex illo tempore vim legis acceperint responsa illorum Jctorum, quibus ea erat concessa facultas. Et si enim sine beneficio Principis antea publicè responderunt, quicumque fiduciam studiorum suorum habebant, tunc tamen primum insignis illa Autoritas responsis Jctorum accessit.*

#### Cap. IV. De Medicis



Udum erat, cum inter Græcos Medicos *Secta Dogmaticorum & Empiricorum* sumfissent initium, & vicissim *dogmatici* distingvi cœpissent inter *sele. Erasistrateorum & Herophileorum*, ab *Herophilo & Erasi-*

*Erasistrato* Autoribus, cognomento. *Ætate Pompeji & Jul. Cæsaris* nova erat Secta nata, *Asclepiade Prusensi* Autore, *Asclepiadeorum*. Seculo igitur primo hoc non est mirum, totidem in familias divisam fuisse Medicorum Scholam. Orta verò fuit ætate *Neronis & alia Secta, Methodicorum*, institutore *Thessalo Tralliano*, hominẽ ut illiterato & imperito, sic summæ impudentiæ, quippe qui omnes ante se natos contempsit, professione compendiosissimæ rationis ad artis summam perveniendi.

Sunt autem Medici nominatissimi hujus Seculi hi sequentes: *Augusti* temporibus *Dioscorides Pbacas Herophileus*, quem perperam à *Suidâ* decepti, hodie plerique credunt esse *Anazarbensẽ*, nobilissimum *Materiæ Medicæ* Scriptorem; *Artorius Musa*, aurcâ statuâ ob curatum Augustum à populo Rom. honoratus, hujusque Frater *Euphorbus*, Euphorbii herbæ repertor. *Philonides Siculus, Pamphilus, Menecrates, Apollonius Mus, Heras Cappadox*; item *Antonius Pachus*, Autor *Hieræ Pachii* ab Autore cognominatæ, & *Scribonius Largus*, tempore *Tiberii*; tempore *Claudii Cassius Felix, Heraclides Erythraus, Vestinus Valens, Antiochenus*. *Nerone Cæsare Andromachus Senior*, ille, ex cujus præscripto *Theriaca* conficitur, *Thessalus*, cujus ante memini; *Evax, Rex Arabum, Cornelius Celsus Niger*. *Vespasiano* florente cum *Filiis Plinius Secundus*, (nam & hunc Medicis accensemus, quoniam naturalis ejus *Historia* ex Medicorum *Libris* maximam partem compilata est, & Medici potissimum argumenti) *Andromachus junior, Gracinus, Menodotus Empiricus*, itemque *Theudas Empiricus, Servilius Damocrates, Plinii æqualis, Asclepiade duo, Medicamentorum* Scriptores, ac *Dioscorides* noster *Anazarbensis*. Sub finem denique Seculi hujus, & sequentis initium *Crito, Rufus Ephesius, Nemesianus, Magister Pelopis, & Marinus, Magister Quinti*, uterque peritiâ rei anatomicæ insignis. Horum scripta & nomina, etsi iis & sequentibus temporibus fuerint nobilissima, hodie tamen à plerisque; ignorantur, & maximam partem desiderantur.

Tantum enim habemus nunc ex *Latinis Cornelium Celsum* doctissimum artis Scriptorem, & *C. Plinium; Scribonii*

H

item

item *Largi* Librum empiricum, sed ex Græco potius versum; nonnulla etiam *Artorio Musa* attributa, quoniam fidei incertæ. Ex Græcis extat *Dioscorides Anazarbensis*. Superfunt etiam *Rufi Ephesii* nonnulla, & Astronomica fragmenta *Vestii Valentis*. Superest etiam *Evaci* adscriptus Liber, sed fidei sublestat. Laudantur denique & ab aliquibus de curatione Morborum Libri duo *Cassii Felicis*, qui tamen hæcenus in manus meas non inciderunt; licet conjiciam, ejus esse problemata illa Græca, quæ *Cassii* nomine vulgò circumferuntur.

### Cap. V.

## De Historicis, Poëtis & Oratoribus.



Loruerunt etiam hac tempestate multi nobiles Historici, Poëtæ ac Rhetores, quorum alii Græco, alii latino usi sunt sermone. Et quidem Historici hodieque superant ex hoc ævo illi: *Dionysius Halicarnassens* Græcus; *T. Livius*, Latinus Historiæ Rom. Scriptor, Cæsare Augusto; *Valerius Maximus*; *Vellejus Paternulus*, uterque Scriptor latinus, ævo Tiberii, quo vixit etiam doctissimus Geographiæ Græcus Autor *Srrabo*; paulò post, ætate Claudii, *Pomponius Mela*, atque ex sententia Doctorum, *Q. Curtius*; Vespasiano autem Cæs. *Julius Solinus* & *Josephus Judæus*. Sub finem denique hujus Seculi *C. Corn. Tacitus*, qui tamen sua scripsit imperante Trajano.

Poëtæ sunt nobilissimi ætate Augusti: *Horatius*, *Virgilius*, *Catullus*, *Tibullus*, *Propertius*, *Gratius*, *Ovidius*, *Germanicus*; Neronis ævo: *Lucanus*, *Seneca Tragicus*, & *Persius Satyricus*; Vespasiano denique & filiis Cæsaribus: *Silius Italicus* & *Val. Flaccus*, *Martialis* & *Juvenalis*, hos ille latinorum Poëtarum.

Oratorem neminem habemus, quod statim à Ciceronis ævo corrumpi eloquentia cœpit, ut patet ex *Quintiliani* Dialogo de Oratoribus, qui *Tacito* solet adscribi. Rhetor tamen maximus *Quintilianus* floruit ætate Domitiani, ut Neronis ævo *Jun. Columella*, doctissimus rei rusticæ Scriptor. Vixit eodem Seculo Neronis ætate etiam *T. Petronius Arbitr* pelli-

peffimus vivendi artifex, qui tamen oblatinè scribendi elegantiam hic commemorari debuit. Penè exciderunt *Asconius Pedianus*, qui Commentarios scripsit in Orationes *Ciceronis* tempore Neronis & Vespasiani, ac *Cornelius Philosophus*, qui Grammatica scripsit, item Commentaria in *Virgilium*.

## Seculum II.

### Cap. I.

### De Scriptoribus Ecclesiasticis.



Altero Seculo jam per totum terrarum orbem clarum erat imprimis Doctrinæ Christianæ nomen; itaque infestos sibi illa reperiebat tum veteris Idololatriæ patronos, tum Philosophos, Judæos & Hæreticos. Contra hos igitur cum multi alii pugnavère, quorum Scripta perierunt, tum hi superstites: *S. Justinus Martyr*, temporibus Antonini Pii & ejus Successorum; *S. Athenagoras*, qui tamen videtur nonnihil *Montani* opinionibus favisse, ætate *M. Aurelii Antonini*; quo tempore etiam vixit *S. Theophilus* Episcopus Antiochenus, & *Tatianus*, Autor florentissimæ contra Gentiles Orationis, *Justinus Martyris* Auditor, qui tandem ad Hæreticos defecit; *S. Iræneus* item, qui ætate Severi pro Christi fide martyrio functus est, cujus hodie miramur libros contra *Valentini* aliorumque hæresin scriptos; & denique eodem tempore *Tertullianus* Afer, Vir austerus & vehemens, doctus tamen, adeoque *πολύγλωσσος*, qui tamen ipse laudem perdidit, quam merebatur, defectione ad partes *Montani*.

Eodem Seculo everfâ paulo ante à Vespasiano Judæorum Rep. iisdemque denuo ab Hadriano Cæsare aut passim dispersis, aut interneccione deletis, etiam *Rabbincâ studia* per imperii Rom. terras una cum Scholis exoleverunt. Ne tamen hoc infortunio periret memoria traditionum avitarum, quas Judæi Legi Mosis scriptæ æquant, quarum notitiâ ex Patrum, ut serunt, ore accepta constat illa Judæorum

Sapientia, jacta sunt *Talmuds Babylonics* initia, textus ejus, quem *Misnam* vocant, Autore R. *Jehuda*, quem sui *Hakkadosch*, vel *Sanctum, Principem, & Rabbi* vocant, anno CXX post ex-cidium templi, in scholis Babylonics ad Euphratem conditi. In eo itaqve Magistro definit ordo *Tanaim* seu *Misne Doctorum*, quem Judæi à *Simeone Justo* vel *Jaddo*, adeoque Alexandri M. ævo deducunt. Seqvuntur verò *Amoraim*, sive *Doctores Gemara*, ad usque R. *Ase*, ejusque filium *Mar* per annos trecentos & amplius.

Eodem Seculo, & quidem Hadriano Cæsare, *Aquilam Profelytum*, Græcum Bibliorum Vet. Testamenti paraphrasten, certum est floruisse, quem eundem esse cum eo, qui V. *Libros Mosis* Paraphrasi Chaldaicâ vertit, *Onkelos* Judæis dictus, probabilibus argumentis verisimile redditur. Severo Imperatore denuo Græcè vertit *Vetus Testamentum* ex Hebræo *Symmachus*, ex Samaritano Judæus. Commodi ætate, eandem navavit operam *Theodotion*, ex Marcionitâ itidem Judæus; ita triplex hoc Seculo versio Veteris Testamenti prodiit.

## Cap. II.

### De Philosophis.

**H**oc Seculo floruerunt, minus tamen, quam ante, omnes Græcæ Philosophiæ Sectæ, quamvis Scriptores extent perpauci.

In *Peripateticis* est *Alexander Aphrodisens*, quem seqvens ætas præ aliis *Exegetam Aristotelis* nuncupat, Vir in peripateticâ Philosophiâ post *Theophrastum* maximus, sub finem Seculi, Septimio Severo Imperatore. Usus hic erat Præceptoribus *Aristocle Messenio* & *Sofigene*, Viris clarissimis, sed quorum Scripta interciderunt. Initio Seculi claruerat *Aspasius*, laudatissimus Peripateticus, sed nec ejus quicquam hodie extat. Ex *Stoicis* habemus *Arrianum*, qui dicta factaqve *Epicteti* memoriæ mandavit, ultimus omnium Stoicorum Scriptorum, qui quidem hodie superant. Pro *Academia* jam fere demortuæ honore pugnare conatus est

*Phavo.*

*Phavorinus*, Gallus, Præceptor *A. Gellii*, ævo Hadriani, sed nec ejus quicquam est reliquum. Ex *Platonicis* videtur ad initium hujus Seculi pertinuisse *Alcincus*, cujus extat brevis & elegans introductio in doctrinam *Platonis*. Quo tempore floruit & *Plutarchus Charonenfis*, qui tamen ad politica maxime & Historica studia animum appulit, indeque gloriam immortalem reportavit; & *Dion*, quem ob aureum Eloquentiæ flumen, *Chrysofomum* nuncupamus, superstitibus declamationibus clarus; non minus atque eodem nomine insignis fuit sub finem Seculi, *Commodo Cæsare*, *Maximus Tyrus*, Philosophus etiam *Platonicus*. Ubi notandum, *Platonicorum* ac *Pythagoricorum* cognomento cœpisse hac tempestate novum ferè genus philosophandi; hætenus enim omnes Græcorum Philosophorum Sectæ sacra, & mysteria Religionum, quorum usus in vulgus erat, contempserant, & oppugnant, Persarum etiam & Ægyptiorum præstigias magicas irriferant; nunc vero nonnulli cœperunt illa admirari & colere; quod sane non aliâ occasione est factum, quam, quod Christiana doctrina nomine optimi Divini cultus, & miraculorum frequentia, omnium ferè hominum animos vel occuparet, vel perstringeret. Memoratur inter illos *Magos & præstigiatores Julianus Chaldeus*, de Chaldaicâ Theologiâ editis libris inter primos olim clarus, *Marci Cæs.* ævo, cujus tamen scripta, divinâ sic curante providentiâ interciderunt. Pertinet ad hunc ordinem quoque *L. Apulejus Madaurensis*, sed ejus hodie nil superest, præter ludicram transformati *Afini* fabulam, & nonnulla alia philosophica, exigui tamen ponderis. Paulo ante, *Domitiano Cæsare* vixerat ille celebris *Magus Apollonius Tyaneus*, cujus præstigiis ausi sunt Gentiles cum miraculis Servatoris nostri contendere; vitam ejus hoc Seculo conscripsit, à *Severi Imperatoris Uxore* invitatus *Philostratus*, etiamnum superstitem. Floruit etiam *Nicomachus Gerasenus*, qui ex numerorum nescio quibus arcanis novam Theologiam condere est ausus, quæ ex parte etiam hodieque superat. Certè, hoc demum tempore videre est, præstigias non improbatas à nonnullis philosophici cognomenti Viris; tum multa scripta sub *Zoroastris*, & *Mer-*

*curis Trismegisti, & Pythagoræ, & Pythagoricorum* aliorum nominibus ementitiis edita, tantum, quò hæc nova philosophandi ratio crimen novitatis amoliretur. Vixit Antonino Imp. postremo & *Cl. Ptolomæus* Astronomus, Astrologus & Geographus eximius, si modo liceat illum Philosophis annumerare.

### Cap. III.

#### De Juris Romani Prudentibus.

**D**Ucravere & nunc illæ à *Procuro & Cassio, Capitone & Labeone* Autoribus cœptæ diffensiones; atque initio quidem Seculi sub finem præcedentis, Trajano Imperatore, floruerunt *Priscus Javolenus*, Sectator *Cælii Sabini*, & *Juventius Celsus Pater*, Auditor *Pegasi*, adeoque *Proculeanus* Sectâ. Hadriano Cæs. in pretio fuerunt *Celsus Filius*, & *Priscus Neratius*, uterque Auditor *Celsi Patris*, sectâque itidem *Proculeanus*. *Prisci* etiam *Javoleni* Auditores, *Albarnus Valens*, *Tuscianus*, & *Salvius Julianus*, omnes Sectæ *Cassianæ*; ex quibus maximè *Salvius Julianus* eminent, autoritate Hadriani Cæsaris *Edicto Perpetuo* ex variis illis & desultoriis Annalibus, Prætorumque *Edictis* hæcenus usitatis condito, quod postea semper summæ fuit dignationis, tertioque Seculo Commentatores invenit longè laboriosissimos, *Ulpianum, Paulum & Cajum*; cuique tantum Autoritatis tributum est, ut *L. ult. ff. de Appellationibus* scribatur: *Si ex perpetuo edicto aliquid decernatur, id. quo minus fiat, non permittitur appellare.* Atque in his *Jctis* desinit *Pomponii Loccus*, qui habetur *L. 2. ff. de Orig. Juris.*

Quinam igitur post Hadrianum ad Severum usque Juris prudentiâ claruerint, serè nos latet. Nam, quod quidam inter eos numerent *Tertullianum Ecclesiasticum Scriptorem*, eique tribuant *Edictum Tertullianum*, quod appellatur, id verò incertâ, si non ineptâ sit conjecturâ, quam ipsa latine loquendi ratio refutat. Constattamen Severo Imperatore eminuisse *Emilium Papinianum Jctum* in paucis excellentem; sed illæ memoriæ gratiâ rectius referetur ad *Sec. 3.* eoque verè dici

dici potest, sectas illas *Capitone & Labeone* Autoribus, initio I. Seculi natas, II. Seculo paulatim interiisse.

### Cap. IV.

### De Medicis.



Loruerunt etiam hoc Seculo omnes Medicorum Sectæ antehac enatæ, et si minus claris Authoribus. Præter has verò *Hippocratica* quasi re-vixisse dicitur, *Hippocratis* scriptis solito diligentius & accuratius à nonnullis commentario illustratis, qui & Anatomem corporum longè quam antea accuratius excuerunt. Accessit & sub finem Seculi nova Secta, *Cl. Galeno* Autore; atque ex reliquis quidem Sectis nemo est, quem operæ pretium sit hic commemorasse. In *Methodicis* vero, seu *Thessali* Sectatoribus, Trajano Cæs. admodum floruit *Soranus Ephesus*, cujus Scriptorum fragmenta hodieque habentur; *Olympianus* item, & post hujus Discipulus *Apollonides*, & hujus itidem Sectator sub finem Seculi, *Julianus*, quem & audivit *Alexandriæ*, & post acerrimè confutavit *Galenus*. Pertinere videtur ad hæc tempora etiam *Calinus Aurelianus Afer*, qui latino, sed minus comto sermone *Sorani* Libros transcripsit, & nunc *Methodica Secta* Scriptor unicus restat. Initium Seculi attigerunt, (ut de *Hippocraticis* seorsim agamus,) *Sabinus* & *Rufus Ephesus*, uterque *Hippocratis* Commentator. Hadriano Cæsare vixerunt *Dioscorides Alexandrinus*, & *Artemidorus Capito*, qui tunc operis collatis ediderunt de integro in vulgus Scripta *Hippocratis*. Huc etiam pertinet *Athenens Attalensis*. Memorat *Galenus* passim *Pelopem* & *Satyrum*, Hadriani circiter ævo, utrumque Magistrum suum, & summum Anatomicum, illum *Numesiani*, hunc *Quinti* Auditorem. Paulò post vixit & *Lycus Macedo*, à *Galeno* singulari libro oppugnatus; sed horum vix quicquam superest, præter paucula *Rufi*. Valdè autem verisimile est, ætate *Galeni* vixisse *Arsanum Cappadocem*, cujus Scripta hodieque in admiratione Doctorum sunt. At cum primis finem Seculi hujus exorna-

vit



vit *Cl. Galenus*, qui omnes omnium temporum Medicos & eruditione, & Librorum multitudine superavit.

Cap. V.

De Historicis, Rhetoribus & Grammaticis.

**S**eculum hoc II. habet in Historicis nonnullos Græcos Scriptores satis præclaros. Trajano enim Cæs. floruit *Plutarchus* cujus ante in Philosophis meminimus. Hadriano Imperatore *Appianus Alexandrinus*, *Ælianus*, variæ Historiæ Scriptor, *Pausanias* item, qui curiosè Græcorum antiquitates memoriæ tradidit, & *Phlegon*, Libertus Hadriani, nobilis ille Chronologus, cujus tamen scripta hodie desiderantur. Antonio Pio Cæsare vixit *Arrianus*, quem ante inter Stoicos Scriptores laudavimus, Rhetor, vel Advocatus Nicomedienfis. Marco Imperante *Polyænus* is floruit, cujus habemus stratagemata; & forsan *Diogenes Laërtius*, qui vitas Philosophorum scripsit.

Non desunt etiam Latini Historici, etsi neque cum Græcis, neque cum illis qui antecessere suæ Gentis, comparandi. Non enim hic *Tacitum* denuo commemorabimus, etsi sub Trajano floruerit. Pertinet huc *Suetonius Tranquillus*, Hadriano Cæsari à libellis, & qui paulò post vixit, *Iustinus*, *Trogii Pompeji* Epitomator. Seculo etiam hoc, & quidem ævo Hadriani creditur vixisse *Julius Florus*, cujus compendium extat Historiæ Romanæ, lectu dignissimum.

In Rhetorum classe cum primis nomen adeptus est, Hadriano regnante, *Hermogenes Tarsensis* in ipso flore ætatis; nam juvenis mox in dementiam incidit immedicabilem. Oratorio studio deditus etiam fuit *Plinius Seneca*, qui Noctes Atticas exaravit, Antonino Pio circiter Imperatore. Epistolarum Scriptor, ætate Trajani, & *A. Gellii* Imperatore. Grammaticus quoque & Polyhistor admirabilis *Athenæus*, cujus hodieque superant Dipnosophistica, nec non *Julius Pollux*, Lexicographus insignis, sub finem Seculi floruerunt.

Huc etiam pertinet *Lucianus*, quem dubites, Philosophisne,

phisne, an Historicis. an Oratoribus debeas annumerare; utpote qui, cum omnia fere isthæc noverit, omnia tamen riserit. Vixit etiam hoc Seculo, tempore Severi Imperatoris, Nestor quidam Larendensis, Pisandri Pater, qui Jliadem non in vitam Minervâ scripsit, ut M. Ant. Delrio censet.

## Seculum III.

### Cap. I.

### De Scriptoribus Ecclesiasticis.



ertio Seculo magis magisque Christiani Scriptores cœperunt florere, accedente ad Pietatem etiam Eruditione, quam vocant, seculari. Itaque & Oriens simul atque Occidens habuit hoc tempore doctos & eloquentes, quorum alii propugnarunt veritatem fidei Catholicæ, aut contra Gentiles, aut Hæreticos; alii Scripturæ S. explicationibus dederunt operam, quod hæcenus minori fuerat actum studio; alii denique mores & vitam Christianam erudierunt. Nam initio hujus Seculi vixere adhuc duo lumina illa, ob variam eruditionem cum primis admiranda, *Tertullianus* in Africâ, & in Ægypto *Clemens Alexandrinus*, Presbyter & Scholæ Theologicæ Magister. *Minutius* item *Felix Octavianus* suum, hoc est, Apologiam pro Christianis contra vulgicalumnias, Severo Imperatore, conscripsit; & prima Historiæ ad Gentiles, qui Doctrinam Christianam titulo novitatis infamant, convincendos, fundamenta jecit *Julius Africanus*.

Medio Seculi *Clementis Alexandrini* Auditor fuit *Origenes Adamantius*, Vir plane stupendæ, etiam in Platonicâ Philosophiâ, peritiæ, nisi nimium Ingenio confusus, multa variarum Hæresium semina sparsisset. Hic est ille, qui primus Christianorum edidit celebrata illa omni Antiquitati Vet. Testamenti Volumina, *Hexapla* & *Octapla*, per columnas VI. vel VIII. divisa, ita scilicet, ut duplici Hebræo textui, altero Hebræis, altero Græcis characteribus exarato, vel quatuor Græcæ versione, una *LXX. interpretum*, altera

*Aquila Pontici*, tertia *Symmachi*, quarta *Theodotionis*; vel sex, duæ nempe incertorum Autorum noviter repertæ, præter IV. jam enumeratas, jungerentur. Primus itidem hic in universam Scripturam scripsit Commentarios, sed minus fortè probandâ ratione omnia ad Allegoriam flectendi. Idem LXX. *Seniorum* versionem singulari studio emendatam, & cum *Theodotionis* versione collatam edidit, additis obeliscis & asteriscis. *Origeni* suppar fuit *Ammonius Alexandrinus*, qui Evangelicam omnem Historiam, secundus post *Tatianum*, in unam Harmoniam redegit. Nec non *Lucianus* Presbyter Antiochiæ, qui ad Hebræos codices Græcam LXX. Seniorum versionem exigere, & in integrum restituere est conatus. Ex quo liquet, uno hoc Seculo duas editiones veterenas, & duas novæ versionis Vet. Testamenti prodiisse. Non multò post *Origenem* floruerunt & *Cyprianus*, Carthaginis Episcopus, & *Gregorius*, ob miracula edita dictus *Theomaturgus*, *Origenis* discipulus; quem tamen Scriptorum multitudine adhuc superstitem superat S. ille Martyr *Cyprianus*, in cujus libris eloquentiamne, an pietatem præferas, dubium est. Huic coævus fuit *Dionysius*, *Alexandrinus* Episcopus, magnæ olim Dignationis Vir, sed cujus ferè nihil est reliquum. Diocletiano demum imperante *Arnobius* septem contra Gentes Libros confecit, doctos quidem, sed asperiori stylo. Eodem Seculo à Judæo R. *Jochannane*, *Thalmud*, quod dicitur *Hierosolymitanum*, est conditum, non adeò magnæ apud Judæos hodie dignitatis, ob prævalentem Authoritatem *Thalmudis Babylonici*.

## Cap. II.

### De Philosophis.



Seculo hoc tertio Sectæ pleræque Græcorum Philosophorum valdè videntur defecisse, & quidem, quantum judicio licet assequi, eò, quod cum de divinis ineptè philosopharentur, non inventirent applausores, prævalente ubivis Philosophiâ Christianâ. Itaque nec veros *Peripateticos*, nec *Stoicos*, nec *Epicu-*

reos, nec *Platonicos* denique posthæc invenies, hoc est, qui Magistrorum suorum placitis omnimodè adhæserint, sed potius, qui *Platonica & Pythagorica*, quæ apellantur, dogmata de DEO, rebusque divinis cum *Aristotelis* naturali Philosophiâ & Logicis artibus conjunxerint. Talis medio Seculi imprimis claruit *Plotinus*, Ægypto oriundus, cujus Libri in Enneades à *Porphyrio* Discipulo digesti, hodieque superant; Vir, Eruditione inter suos facile Princeps; summæque olim Autoritatis, adeoque *Ἰσθμῶν* cognomentum adeptus. Ex eodem ordine fuit & *Dionysius Longinus*, melior licet Philologus, quam Philosophus, etiam *Plotini* iudicio; sed hujus nihil nunc extat Philosophicum. In Auditoribus & Discipulis *Plotini* florere deficiente Seculo præ aliis *Amelius*, & *Porphyrius*, sive *Malchus*, Tyro oriundus; quorum illiusquidem Scripta omnia interciderunt, hujus nonnulla hodieque leguntur, superfuturis pluribus, nisi ille suis voluminibus Christianam Religionem oppugnasset, quæ post Cæsareo Decreto, quod in Actis Concilii Ephesini habetur, combusta sunt. Videtur etiam ad hoc Seculum potius quam sequens referendus *Dexippus Herennius*, ob conscriptos Commentarios in *Aristotelis* Categorias Philosophis annumerandus, etsi Historiâ nobilior. *Peripateticam* denique seu potius *Peripatetica* affinem Scholam Diocletiano imperante scribitur aperuisse *Anatolius*, Religione Christianus, cujus tamen nihil hodie superest, quanquam olim inter primos habitus fuerit. Ubi notandum, omnes omnium sequentium Seculorum homines doctos, tametsi in rebus divinis ab *Aristotele* dissenserint, in Logicis tamen, Physicis, Politicis, & ex parte Ethicis pene omnem *Aristotelis* Philosophiam approbasse.

### Cap. III.

#### De Jure Consultis.



odem Seculo admodum floruerunt Romani Juris studia, Magistro maximo *Emilio Papiniano*, ætate Caracillæ, à quo ob improbatum Parricidium fratris *Getæ* occisus est; à *Spartiano* Ju-  
ris

*vis Asylum, doctrineque legalis thesaurus dictus*; tanti enim hujus Scripta post sunt facta, ut etiam in Scholis juridicis prælegerentur, & qui in iis exercerentur, *Papinianistarum* nomen acquirerent. Prodierunt ex eâ Scholâ discipuli doctissimi *Domitius Ulpianus, Cajus, Julius Paulus, Herennius Modestinus*, quorum omnium, ut & *Papiniani* Scripta, Autoritate Cæsareâ approbarunt Imperatores *Theodosius & Valentinianus*, ut habetur in *Cod. Theodosiano*. Imo ex illâ Scholâ prodierunt *Pomponius, Celsus, Alphenus junior, Macianus junior, Junius Frontinus*, aliique, ex quorum Libris compositæ sunt *Pandectæ Justinianæ*. Gallieno Imperatore floruit *Gregorius* ille, qui novo conatu omnium Imperatorum ab *Hadriano* usq; ad *Valerianum & Gallienum* Rescripta & Constitutiones in unum collegit Volumen, quod *Codicis Gregoriani* nomen invenit, sic dictum à collectore, quodque Principum constitutiones chartâ maximâ & regiâ, qualis erat Codicum, scriberentur. Verùm & hujus Voluminis non nisi memoria hodie superest; & eorum, quos ante adduxi Actorum omnia perierunt, præter pauca fragmenta, à doctissimis superioris Seculi Viris collecta.

#### Cap. IV.

#### De Medicis.



DE Medicis hujus ævi, quod dicamus, fere nihil habemus, neque enim ullus ex eo Seculo artis Medicæ Scriptor nunc extat. Imo ne nomina quidem Medicorum ejus Seculi habentur nota, præter unius *Antylli & Posidonis*, quorum in Libris *Orbasii, Etsii & Pauli* perisfrequens fit mentio.

#### Cap. V.

#### De Historicis, Poëtis & Oratoribus.




ADEM ætas Historicos habuit *Alexandro* imperante duos illos insignes Græcos *Dionem Cassium & Herodianum*, *Diocletiano* autem Cæsare, *Spartianum, Lampridium, Trebellium Pollionem, Fl. Vopis*

*Vopiscum*, & *Jul. Capitolinum*, illos Historiæ Augustæ, qui apellantur *Svetonis* exemplo, Scriptores. Severo & Caracallâ Cæsaribus floruit *Dionysius* ille, qui versibus Græcis terræ ambitum delineavit; nec multò post doctissimus ille Poëta Græcus, *Oppianus*, cujus singulos versûs singulis aureis remuneratus est Alexander Cæsar. Medium quoque hujus Seculi habit *Serenum Sammonicum*, latino carmine insignem; finis vero *Nemesianum*, & *T. Calpurnium Siculum*, utrumque Poëtam Bucolicum haud vulgarem, & *Festum Avianum*, cujus hodieque extant fabulæ *Ætopicæ*. Rhetorum nihil superest; Historia tamen Sophistarum seu Rhetorum, Alexandri Cæsaris circiter ætate à *Philostrato* conscripta in manibus est. *Censorinus* etiam, qui de die natali scripsit, sub Decio vixit, quem tamen, quibus annumeres, incertum forte est.

## Seculum IV.

### Cap. I.

### De Scriptoribus Ecclesiasticis.

 Varto quidem Seculo à persecutionibus Romanorum Imp. liberata fuit Ecclesia, ex quo illi nomen suum dedit Constantinus M.; non tamen leviter concussa est *Arrianâ heresi*, quod illa non amplius crassa & inficeta esset, sed speciem aliquam probitatis præ se ferret. Longè tamen fuit Scriptorum Catholicorum, tum eruditione tum multitudine refertissimum. Præterquam enim, quod duo concilia universalia, Nicenum contra *Arrium*, & Constantinopolitanum contra *Macedonium* sint celebrata, floruerunt Constantino Imperatore: *Lactantius*, lactæ profusus Eloquentiæ homo; & *Eusebius Casarensis*, Ecclesiasticæ imprimis Historiâ clarus, ac *Juvenicus* Poëta Evangelicus.

Constantino Imperante: *S. Albanus* Alexandrinus, & *S. Hilarus* Pictaviensis Gallus Episcopi, duo Arrianæ hereseos mallei; item *Victorinus Afer*. & *Lucifer Calaritanus*, & *Gregorius Boetius*, inferiores licet cum eruditione, tùm sciubendi copia.

Theodosio & Valente Imperatoribus : *S. Cyrillus Hierosolymitanus* Episcopus , Catecheseos Scriptor, & *S. Basilius M.* hujusque æqualis ac studiorum Socius, *S. Gregorius Nazianzenus* ; nec non *Didymus Alexandrinus*, oculis quidem captus, mente tamen perspicacissima, cujus hodieque Libros de Spiritu habemus ; *Faustinus* denique *Diaconus*, cujus sunt Libri VII. contra Arrianos. Sub Gratiano porro ac Theodosio cum primis floruerunt : *S. Epiphanius Cyprius*, hæresium diligens recensitor ; & *S. Ambrosius Mediolanensis* Episcopus, item *Gregorius Nyssenus*, Basilii frater, hujusque æquales, *Amphilochius*, Iconii Episcopus, & *Philastrius Brixienfis*, cujus est de hæresibus libellus, & *Idarius Clarus*. Jam tum Theodosio imperante, usque in annum sequentis Seculi XXII. floruit *S. Hieronymus*, *S. Scripturæ* interpres, adeoque ingens Ecclesiæ Lumen. Paulò ante illum floruerat *Optatus Milevitanus* Africæ Episcopus, cujus extant Libri in Donatistas. At, *Hieronymi* Æqualis, imò æmulus, atque adversarius ex Amico factus est *Ruffinus*, Presbyter Aquilegensis, Historiæ Ecclesiasticæ Scriptor ; quo certè tempore vixerunt etiam *Palladius*, Historiæ Lausiacæ Autor, & *Aurelius Prudentius*, Poëta insignis Christianus, *S. Diadochus*, cujus est de perfectione Spirituali libellus, & *S. Gaudentius Brixienfis* ; sed imprimis Seculi hujus ultima illustravit magnus ille Ecclesiæ Doctor *S. Johannes*, ob Eloquentiam dictus *Chrysostomus*.

## Cap. II. De Philosophis.

**V**arto Seculo Sectam illam *Plotini*, quæ quidem *Platonica* dicebatur, revera autem constabat partim *Platonicis*, partim *Aristotelicis*, partim etiam *magicis* dogmatibus, Constantino M. Imperatore, multum propagavit *Jamblichus Chalcidensis*, *Porphyrii* auditor, cujus, hodieque nonnulla superant. *Jamblichum* verò multi audiverunt ejusdem notæ, florueruntque ætate *Juliani Apostatæ*, quorum vitas descripsit *Eunapius*, Scripta autem

tem dudum perierunt. Omnes quippe illi *Magicae artis* operam dederunt, & Christianæ Religioni fuerunt insensissimi. Apud Valentem Imperatorem Prætorio Præfectus fuit *The-misius*, ob Eloquentiam *Euphrada* dictus, doctissimus Aristotelis Paraphrastes, & etiamnum magnæ Autoritatis. Reliquorum Philosphorum Scripta omnia interciderunt, quare non est, ut memoriam eorum reficemus.

### Cap. III.

#### De Jure Consultis.

**H**oc Seculo Jctos floruisse haud paucos, extra dubium est; neque enim frustra dixit *Amelius*: *Juris Prudentiam multorum Camelorum onus esse*; tum vero vel ex *Eunapio* constat, jam tum in urbe Phœnicia *Beryto* celeberrimam *Rom. Juris Scholam* viguisse, adeò, ut & *Mater studiorum* illorum audiret. Ex omni tamen illorum numero neminis memoria extat, præter unius *Hermogenis*, qui Constantino Imperatore omnes eorum, qui Gallienum secuti sunt, Imperatorum Constitutiones in unum colligens, ad Constantinum usque *M. Hermogenianum Codicem*, ab Autore dictum, confecit, qui tamen una cum *Gregoriano* dudum periit.

### Cap. IV.

#### De Medicis.

**H**olligere est ex *Eunapio*, hac tempestate haud parum floruisse artem Medicam, & quidem *Alexandriæ*, *Zenone Cyprio* Magistro, quem *Juliani Cæs. ævo* adhuc floruisse constat ex Epistolâ *Cæsareâ* ad Alexandrinos. Hunc audiverunt, teste eodem, *Magnus Antiochensus*, *Jonscus Sardinianus*, & *Oribasius*, quem etiam *Sardinianum* vulgus appellat, perperam tamen, cum fuerit *Pergamenus*, nec nisi *Sardibus* habitaverit, ubi *Juliani Apostatae* Medicus præcipuus & Consiliarius fuerat. Etsi verò *Magni Schola medica* valdè tunc temporis floruerit, & ex hujus item, ut ex *Jonici* scriptis multa adducat *Ætius*, utriusque tamen



tamen omnia hodie desiderantur; *Orbasis* verò varia superant, ex *Galeni* præcipuè Scriptis collecta; neque enim quicquam ille arti suæ addidisse de suo creditur. Porrò tanta tunc fuit fama *Alexandrinæ Medicorum Scholæ*, ut, *Ammiano Marcellino* teste, ad commendationem Medici suffecerit, vixisse *Alexandriæ*.

Comes, seu præcipuus apud *Valentinianum Imp.* fuit hoc Seculo *Vindicianus*, gloriosus ille *Empiricus*, cujus libellum una cum aliis in suum transtulit *Marcellus*, qui & ipse vixit ætate *Theodosii M.* ejusque filiorum, sub finem Seculi, multorum Medicamentorum Collector potius, quam Medicus judicandus.

### Cap. V.

## De Historicis, Oratoribus & Poëtis.




**E**X Seculi IV. Historicis superat magnâ ex parte *Ammianus Marcellinus*, prudentibus doctisque latinæ Historiæ Scriptoribus magis annumerandus, quam disertus. *Entropius* etiam, cujus est *Breviarium Historiæ Rom.* hoc tempore vixit. Confinia quoque hujus & sequentis Seculi attigit *Eunapius Sardiannus*, qui præter Historiam Philosophorum & Sopiistarum hodieque superstitem, & sui temporis res gestas publicis monumentis consecravit, quæ, quo minus desideremus, fecit *Zosimus*, utpote qui *Eunapianæ Historiæ*, *Photio* teste, compendium struxit. Porrò *Eusebii* & *Ruffini*, Ecclesiasticorum Scriptorum, jam ante mentionem injeci. Ex hoc tempore nonnulla supersunt Latinorum Oratorum, quæ, quoniam maximè Panegyrica continent, solent vulgò cum *Plinii Panegyrico* edi. Talia sunt *Eumenis*, *Mamertini*, *Nazaris*, *Latini Pacati*, aliorumque obscuriorum hominum. Græcæ etiam habentur Orationes ipsius *Juliani*, quarum illas, quas *Christianus* adhuc habuit, non ita pridem edidit *Dionysius Petavius*. Sunt aliæ ejusdem Epistolæ, & nobiles duæ Satyræ, altera *Cæsaris*, altera *Misopogonis* titulo in *Antiocheno* scripta. Supersunt etiam nonnulla *Libanii Sophista*, *Protrepsis* item ac *Himerii*

ris Rhetorum, Iuliani ævo & post florentium, quorum vitas describit *Eunapius*. Præter Poëtas quoque Ecclesiasticos, *Juvenicum* ac *Prudentium* nomen aliquod consecuti sunt *Alphius Avitus*, *Septimius Afer*, & *Terentianus Maurus*, in defectu tamen meliorum tantum numerandi. Facienda denique hic mentio est *Julii Materni Firmici*, superstitionis judicariæ Astrologiæ Scriptoris, ævo Constanti; neque enim Philosophis, multo minus aliis ordinibus id genus hominum debet jungi. Jungi autem *Firmico* potest tum ætatis, tum studiorum ratione & *Hillel Hannasi*, Autor ejus Calendarii perpetui, quod hodie utuntur Judæi.

## Seculum V.

### Cap. I.

#### De Scriptoribus Ecclesiasticis.



Hæc tempestas adhuc reliquias habuit Seculi prioris; sub finem autem ejus omnis Eruditio in Occidente cœpit collabascere. Igitur Occidentalis Ecclesia habuit primis XXX. Annis: *S. Augustinum* Episcopum Hipponensem, omnium Patrum ut ingeniosissimum, ita acerrimum Disputatorem; *S. Maximum*, Episcopum Taurinensem; *Severum Sulpitium*, disertissimum Historiæ sacræ Scriptorem, ut & *Paulum Orosium*, qui impri-  
mis Romanorum clades descripsit, hortatu *S. Augustini*, quas illi passi sunt, cum Idola adhuc colerent; *Sedulium* denique, Poëtam Evangelicum. Paulò post, Theodosii Iun. ævo, Ecclesia Orientalis habuit *S. Cyrillum*, Alexandrinum Episcopum, Nestorianæ hæreseos Avèrruncum; *Theodoretum*, Cyri Episcopum, *S. Cyrilli* æqualem, & interdum æmulum; *Proclum* porrò Episcopum Constantinopolitanum, & *Ense-  
bium Emisenum*.

Temporibus Theodosii Iun. & Valentiani III. medio Seculo floruerunt rursus in Occidente *S. Eucharis*, Episcopus Lugdunensis, *Claudianus Mamertus*, Episcopus Viennensis, *Sidonius Apollinaris*, Episcopus Arvernensis, *Johannes Cassianus*, Presbyter Massiliensis, *Vincentius*, Presbyter Monasterii

Lirinensis, *Prosper Aquitanus*, *S. Augustini* discipulus, *Faustus*, ex Monacho Lirinensi Episcopus Regiensis, suspectus Semi-pelagianismi, & denique *Salvianus*, Episcopus Massiliensis, qui omnes in Galliâ floruerunt, etsi illa terra tunc temporis Vandalorum, Gothorum, Francorum & Burgundionum, aliarumque Germanicarum Gentium, sævissimâ incursione premebatur. Eâdem plane tempestate Roma aluit *S. Leonem M. Papam*; præter hunc in tota Italiâ nemo doctior degit, quod Gothorum incursibus omnia vastarentur. Æquales hisce in oriente floruerunt *Socrates* & *Sozomenus*, Historiæ Ecclesiasticæ eruditi Scriptores, Novatianâ tamen hæresi infecti; *Isidorus* item *Pelusæa*, ac simul *Nilus*, Constantinopolitanus Monachus, *Johannis Chrysostomi* discipulus; reliqua verò Orientis, aut variis hæresibus, aut luxu, aut denique hostilibus infestationibus contabescebant. Postremò, sub finem Seculi floruerunt in Occidente *Victor Vicensis*, Africæ Episcopus, adeoque malorum, quæ tunc perpeffa est Ecclesiâ Africana, diligens narrator; *Genadius*, Massiliensis Presbyter, *Gelasius*, Papa Romanus, *Pascasius*, Diaconus Cardinalis Romanus, & *Vigilius*, cujus Libri V. contra Eutychem habentur. In Oriente tunc unus fere scriptor Ecclesiastica dogmata defendit *Aeneas Gazæus*.

### Cap. II.

## De Philosophis.

**I**scet ad duas Scholas omnis fere Philosophia jam quarto Seculo esset redacta, *Atheniensem* scilicet & *Alexandrinam*, hujus quinti tamen Seculi prioribus Annis Schola illa Attica tantum non omnis interiit, adeò, ut *Synesius* scribat, (Epist. 137.) *sefe Athenis nihil pene Philosophorum, sed mellis potius opifces invenisse*. Alexandriæ tamen hæc studia sunt conservata. Namque sub finem prioris, & initium hujus Seculi, claruere ibidem duo insignes Mathematici, quorum Scripta etiamnum in admiratione sunt, *Theon*, & *Pappus Alexandrinus*. *Theoni* filia fuit *Hypatia*, non minus Patre Philosophicis & Mathematicis

ticia studiis clara, quam tamen plebs Christiana interfecit, nescio quam ob causam. Theodosio II. imperante. Floruit autem *Hypatia* tempore *Synesius*, Episcopus Ptolomaidis, philosophicis tamen, aut potius Eloquentiæ studiis clarior, quam rerum ecclesiasticarum notitiâ, quippe qui etiam, cum in Episcopum eligeretur, de Resurrectione & creatione dubitavit, quod jam olim notavit *Photius*, & hodieque advertere est, ex ipsiusmet Epistolâ CV. Medio Seculi hujus Alexandria vixit *Olympiodorus Alexandrinus*, Platonicæ & Aristotelicæ Philosophiæ interpres, non ille tamen, cujus hodie Scripta habentur; item *Hero Alexandrinus*, quem esse illum automatam ac Spiritualem Auctorem, valde mihi videtur verisimile. Athenis degerunt *Plutarchus*, *Nestori*

filius, quem sequentes Magni nomine salutant; & ejus successor *Syriannus*, cujus hodie superant Commentaria in Metaphysicam. Horum omnium Magisterio usus est *Proclus Lycius*, declinante Seculo, restitutâ in integrum Platonicâ Scholâ, *Platonici* successoris cognomentum meritis; nam in illo *Platonis* & *Aristotelis* Philosophia. omnisque Sapientia renata esse videbatur, cum tamen reapse in Theologicis quidem Chaldaica dogmata pro Platonicis venditet, & contra Christianos pro mundi æternitate XIIII. argumentis depugnaverit. Usus tum etiam, ni fallor, iisdem Magistris est *Ancius Manlius Boethius*, Vir, præter primariam nobilitatem, ob Philosophiæ quoque cognitionem, & raram probitatem atque eloquentiam merito maximi faciendus, quem constat honores summos declinante Seculo, & patriâ à Gothicis occupatâ, Romæ, gessisse cum Adolescens Philosophiæ Aristotelicæ & Platonicæ operam Athenis dedisset.

### Cap. III.

### De Jure Consultis.



Citi pene nulli hoc seculo memorantur, quorum quidem Scripta superent; tantum Theodosio II. imperante confectus est à Constitutionibus Cæsarum illorum, qui à Constantino usque ad illam

ætatem vixerant, *Codex Theodosianus*, ab eo, cujus Autoritate erat scriptus, cognominatus. Atque hic est ille Codex, qui ex tribus illis, *Hermogeniano* nempe & *Gregoriano*, ante Justinianum confectis, hodie superest. Liqvet verò ex hoc Codice, Theodosii curâ præter *Berytensem*, quæ hæcenus floruerat pene unica, aliam novam Juris prudentiæ *Scholam* publicam *Constantinopoli* fuisse erectam.

Cap. IV.  
De Medicis.

**M**edicorum hujus Seculi similiter restant nulli, nisi, qui ad hæc tempora videntur pertinere, duo illi præclari rei Medicæ Scriptores, *Paulus Aegineta*, & *Aetius Amidenus*; constat quippe utrumque *Orbasio* juniorem, *Alexandro* autem *Tralliano* Majorem esse, quorum ille IV, hic V. Seculo floruit,

Cap. V.

De Historicis, Rhetoribus & Poëtis.

**I**nter Historicos hæc ætate Gentiles, aut sanerum Civilium Scriptores, solus pene nomen aliquod consecutus est *Zosimus* ille, quem diximus supra *Eunapiæ* Historiæ Epitomatorem esse, Christianæ verò Religionis infensum hostem. Hunc legunt imprimis illi, qui ad Politicam Prudentiam aspirant. Sub finem Seculi floruit *M. Aurel. Cassiodorus*, Theodorici Ostrogothorum Regis in Italiâ Cancellarius, seu potius Secretarius. Fuit quidem hic tum temporis satis doctus, sed si cum aliis illum componas, parvi momenti; spacio enim L. annorum omnis Eruditio in Italiâ, Hispaniâ & Galliâ, pene fuit deleta. Quamquam ejus *Historia Tripartita* maximè nota sit, meretur tamen & hic memorari propter *Fastos Consulares*, Ecclesiasticorum porro Historicorum *Socratis* & *Sozomeni*, aut etiam *Epiphani*, non est, cur hic iterum meminisse velimus, etsi eorum Scripta longè sint digniora lectu, quam illa *Zosimi* aut *Cassiodori*.

Ex Poëtarum ordine unus præmul.

multis est, *Claudianus*, Honorii temporibus, qui omnes à *Virgilio* usque carminis felicitate superavit. Patriâ *Ægyptius* dicitur, & primus Panegyricos carmine scripsit. Fuit etiam clarus græco verſu *Cyrus Theodorus Prodromus*, hoc nomine *Eudoxiæ Augustæ* carus, imò & ipsa *Eudoxia*, & *Proba Falconia*. Rethorum qui hoc tempore floruerint, incertum est, nisi quod *Theon*, & *Aphthonius* Siphistæ, Progymnasmatum Rhetoricorum Scriptores, huc videantur pertinere. Postremo, Cæsare Theodosio, vixit *Renatus Vegetius*, Mulomedicinæ, sive Artis veterinariæ Scriptorum Princeps. Hoc Seculo vixit *S. Benedictus*, qui Pater est omnium Monachorum in Occidente. Primus extruxit in Italiâ Monasterium, ad cujus exemplum sunt alia in Hispaniâ, Galliâ, & alibi erecta. Hic conatus est conservare bonas literas in monasterio, sed infelici successu; hoc Seculo enim nec prima Grammatices fundamenta noverunt, quod ex *Cassiodori* modo discendi, quem iis præscripsit, liquet. Hoc denique tempore *Boethius* multa Philosophica in latinam Linguam transtulit.

## Seculum VI.

### Cap. I.


#### De Scriptoribus Ecclesiasticis.



Exto Seculo omnis Hispania & Gallia mansit in ditione Germanorum, omnis planè doctrinæ expertum, qui vastatis omnibus, omnem quoque doctrinam tantum non penitus pessunderunt. Italia quidem recuperata est per Justinianum Imperatorem, iterum tamen mox fuit amissa tota, occupantibus eam Longobardis. In Africa quoque per eundem Vandalorum fracta quidem potentia est, sed jam ibi ad eò omnia conciderant, ut eruditioni locus haud superfuerit. Sola Græcia & Asia cum *Ægypto* à superioribus cladibus respiravere aliquantulum, præ gentium tamen illarum ignaviâ luxuriâque, cum primis verò, quod per Justinianum Cæsarem pessimo consilio

Eruditis & Doctoribus stipendia essent detracta, non multum valuit Eruditio, præsertim apud eos, qui Christiani vocabantur haberi. Habuit tamen Africa initio hujus Seculi S. *Fulgentium Ruspensem, Petrum Diaconum, Ferrandum, Diaconum Carthaginiensem, Eegyptium* Abbatem illum, qui in unum collegit optimas S. *Augustini* sententias; *Viktorem Vticensem*, ac *Iustum Orgelitanum, Junilium*, nec non *Primasium*, omnes Africæ Episcopos. Sed, notandum venit, omnes hosce scriptores, si omnia eorum colligas, non tantum scripsisse, quantum unus *Augustinus*, aut *Hieronymus*. Habuit & Italia, usque ad L. annum hujus Seculi, *Ennodium Diaconum, Dionysium Exiguum*, Abbatem, Cycli paschalis & Æræ vulgaris Christianorum Autorem, non minus eruditione, quam pietate clarum; *Viktorem* Item, *Capuanum* Episcopum, ac denique *Aratorem*, qui Acta Apostolorum carmine reddidit. In Galliâ vixit circa Annum DXX. *Alcimus Avitus*. Nihil melior Africa & Græcia; nam Anno DXX. vixit unus *Johannes Maxentius*, Monachus Antiochenus; viginti annis post soli itidem *Leontius Byzantinus*, atque *Anastasius Sinaita* floruerunt. Cæterum sub finem hujus Seculi floruit Constantinopoli *Procopius Gazæus*, & *Johannes Climacus*; in Africâ *Liberatus*, Archidiaconus Carthaginiensis; in Galliâ *Venantius Fortunatus*, Carminum, & vitæ S. *Hilarii* Scriptor. Habuit denique Constantinopolis unum *Evagrium*, Historicum Ecclesiasticum; Gallia verò *Gregorium, Turonensem* Episcopum, qui licet numero satis esse multi videantur, omnes tamen eruditione fuerunt valdè exigua, ac paucissima reliquerunt monumenta; uno verbo: pii magis, quam docti.

## Cap. II. De Philosophis.

eculi hujus initio usque ad annum L. haud parum contra in *Atheniensi* & *Alexandrinâ* Scholâ floruit Philosophia, per *Proclum Lycium* sub finem præcedentis Seculi eleganter excitata, præsertim, quod hanc in rem anniterentur præ odio Christianæ Religionis

gionis illi, qui adhuc supererant de Gentilismo. Fuit itaque Procli Successor Athenis Marinus Neapolitanus, ille, cuius hodieque extat vita Procli, & celebre in Geometricis Datorum opus. Magis tamen Alexandriam ornavit Ammonius, Hermia filius, ac Aristotelis interpres, alter Procli discipulus. Sed & tertius ejusdem Auditor, Damascus ut Damascenus, valde magnum nomen impetravit. Justiniano autem Imperatore floruerunt Isidorus Gazæus, Priscianus Lydos, & Simplicius Cilix, omnes Religionis Christianæ hostes; quorum tamen hic imprimis clarum nomen invenit, doctissimis in Aristotelem Commentariis conscriptis. Ammonium quoque audivit Johannes Philoponus, à diligentia sic cognominatus, sed qui in Alexandrinâ Scholâ non Philosophiam, sed Grammaticam docuit, nobilis item Commentator Aristotelis. Pertinet huc quoque Olympiodorus Alexandrinus, Philosophus ille, qui etiam in nonnullos Aristotelis Meteorologicos Libros est commentatus; fuit quippe Nepos Ammonii. Quinetiam ad hoc Seculum pertinere videtur Magentinus, Nicenus Metropolitæ, quem secundum post Philoponum habemus Christianum Aristotelis Commentatorem. Philosophis merito annumerandus est Eutocius Ascalonita, Archimedis subtilium operum Commentator, quippe qui scripta sua Ammonio Hermia Fil. censenda transmisit.

### Cap. III.

#### De Jure Consulcis.



Exti hujus Seculi Anno XXVIII. Justinianus Imperator ex omnibus Constitutionibus Imperatorum, nempe tribus Codicibus, Gregoriano, Hermogeniano & Theodosiano, ac recentibus Novelis comprehensis. unum Codicem, per Jctos fecit conscribi, qui sequenti Anno, qui Imperii illius tertius erat, promulgatus est. Anno XXX. Seculi Tribonianò, quosque ille sibi voluit Collegas addiscere, commissum est, Jus Vetus Romanum ex Libris Jctorum primariorum excerptere. qui labor tertio post anno finitus, servato Edicti perpetui ordine, nobis Pandectarum Libros



Libros peperit, uti apparet ex Tit. Cod. de Veteri Jure enucleando.

Eodem tempore & *Institutionum Libri* promulgati sunt, quos idem *Tribonianus* cum Collegis ex *Caji* potissimum Commentariis & Libris variis confecerunt, ut Autor est *Theophilus*, *Institutionum* doctissimus Paraphrastes. Anno XXXIV. prior ille *Codex* abrogatus iterum est, inque ejus locum novus confectus, *Repetita*, ut ipse loquitur *Cæsar*, *Praelectionis*, adeoque ille, qui hodie habetur. Cæterum, cum etiam à Codice mutato adhuc XXX annis superesset Justinianus, non desit pro re natâ varias Constitutiones Græco sermone condere, quæ, quod Codice sint recentiores, *Novella*, *Authentica* verò in discrimen epitomes earum, a *Fuliano Patrisio* confectæ, dicuntur. Quo nomine semper malè audiit *Tribonianus*, quasi nempe præ avaritiâ *Novellis* his Græcè conditis multum derogaverit reliquis illis voluminibusque mutando, quæ abolendo, quæ addendo. Ex quibus manifestum est, hoc Seculo antiquatis omnibus priorum temporum Legibus Constitutionibusque per Provincias Rom. Imperii, novam quandam Juris rationem enatam esse; quanquam in Occidente nullum ferè locum impetrare poterit lus illud *Iustinianicum*, occupatis nobilissimis Imperii Rom. portionibus à Germanis, qui Vatiniano odio omnia Romanorum instituta prosequerentur. Constat verò ex hisce, hoc Seculo cum primis claruisse *Tribonianum*, quam ab eruditione quidem *σὺν χρόνῳ* commendant, avaritiæ tamen, & immanis iniquitatis accusant, ut liquet ex *Procopio*, *Hesychio Milesio*, *Smida*, atque *Harmenopulo*. Icto; quanquam & Eruditionem in eo desiderent nonnulli ætatis nostræ Principes Icti. Constat porro ex Codice Iustiniano, tres hoc Seculo Scholas autoritate Cæsareâ jussas esse hanc juris Romani Prudentiam publicè docere, *Romanam* scilicet, *Constantinopolitanam* & *Berytensem*. Sed, quæ fuit infelicitas Italiæ, Romæ non nisi multis Seculis post id factum videtur; *Berytensem* autem Scholam hoc ipso Seculo terræ motu pene obrutam, Historiæ narant; (Vide *Agathiam* Lib. 2.) sequenti certè Seculo tota interiit, ut una remanserit *Schola Constantinopolitana*.

## Cap. IV.

## De Medicis.



Seculum Hoc. quantum ex *Agathia* possum conjicere, exornavit *Alexander Trallianus* Medicus in primis nominandus. Verisimile est, huc præter propter pertinere *Palladium* & *Johannem*, Alexandrinos Sophistas. Neque enim post hoc Seculum quæquam Græcum Medicum alicujus famæ aut habuit, aut habere potuit Alexandria, nec hi duo, meâ Sententiâ, ætate isthac possunt esse antiqviores.

## Cap. V.

## De Historicis &amp; Grammaticis.



Historici Græci quidem Justiniano tempore floruerunt *Procopius* & *Agathias* Scholasticus sive Advocatus, rerum suæ ætatis Civilium Scriptores. Eodem tempore libellum suum de Philosophis, perparvi licet momenti, fecit *Hesychius Milesius*. Mauritio Imperante Historiam Ecclesiasticam conscripsit ille, quem supra laudavimus, *Evagrius Scholasticus*. Justiniano etiam Cæs. Chronicon suum composuit *Marcellinus Comes*; *Victor* autem *Viticensis* persecutionem Vandalicam memoriæ prodidit. Paulò post *Jornandes* Gothus, primus Germanici Generis Scriptor, Historiam Gentis suæ Gothicæ, brevemque libellum de Regnorum successione exaravit. Quomodo eadem ætate à *Gregorio Turonensi* Episcopo historia Francorum est confecta, qui jam tum in Galliis longè lateque imperitabant. Grammaticus quoque ille latinæ Lingvæ notissimus, *Priscianus*, Justiniano imperante, Constantinopoli floruit.

## Seculum VII.

## De Scriptoribus Ecclesiasticis.



Septimo Seculo non Occidentem tantum spissa occupavit Barbaries, sed justo Dei judicio Asia quoque & Africa tantum non omnis per impia Mahometis dogmata, impiaque arma, simul cum Chri-

stianâ Religione, quicquid superavit culturæ melioris amisit. Anno quippe XXII. *Mahomet* Arabs, Pseudopropheta, dementatâ primum gente Sarracenorum, victoricia arma cum novâ Religione cœpit quæquaversum extendere. Quo factum, ut LX. Annorum spatio omnis pene Asia & Africa, una cum Sicilia in Sarracenorum jugum devenerit, solâ Græciâ & Asiâ minori Orientalis Rom. Imperii superstitionibus reliquis. Ante tamen Mahometis ætatem initio Seculi floruit Romæ *Gregorius Papa*, à Virtute & doctrinâ pro illius ævi captu *Magnus* cognominatus; Hierosolymis autem *Hesychius*, & post hunc *Sophronius* Episcopi floruerunt. Eodem tempore vixerunt in Oriente *Johannes Moschus*, & *Lentius Antiochenus*, Monachus, Homiliarum Scriptor, uterque Græcus. Ævo Mahometis ornavit Hispaniam *S. Isidorus Hispalensis*; Constantinopolin verò *S. Maximus*, Martyr & Monachus. Post medium hujus Seculi itidem in Hispaniâ vixit *S. Hildephonsus*, ut anno LXXX. *Julianus*, uterque Episcopus Tolctanus. *Juliani* æqualis in Asiâ minore fuit *Anastasius*, Episcopus Nicenus. Omnes verò hi pauca scripserunt, quæque omnia non nisi inter opuscula Bibliothecæ Patrum solent numerari, præter *Gregorium M.* & *Isidorum*, quorum scripta justæ magnitudinis volumen æquant. Præter hos vero neque Philosophum, neque Jurisconsultum, neque Medicum, aut denique vel Pœtam vel Oratorem, qui alicujus sit famæ, integro hoc Seculo reperire licet.

## Seculum VIII.

### Cap. I.

### De Scriptoribus Ecclesiasticis.



Adem fuit infelicitas Seculi VIII, si non major, cum ad præcedentis Seculi miseriam etiam Hispania accesserit, fractis per Sarracenos Gothorum viribus ibidem, atque in deplorandam ab fractis servitute nobilissimis ejus terræ omnibus. Certè in Occidente omnis Eruditio in solis Monachorum claustris delituit, quorum tamen industria maximè enituit in Britanniâ, inter Anglos, (Saxonicæ gentem originis, qui

ante Seculum, & quod excurrit, infulam illam occuparant,) hisque conterminos Scotos, Hybernosque, adducente paulatim Deo ter Optimo Maximo feras illas gentes Germanicas ad Christianismi culturam. Hujus igitur initio vixit Romæ *Gregorius Junior*, ex Monacho Papa; in Scotiâ vero *Alhelmus*, cujus est Libellus de Virginitate. Anno XXXI. floruit in Angliâ *Venerabilis Beda*, Presbyter, Vir supra Seculi sui captum doctus, non in Theologicis tantum, sed & Philosophicâ, & Historicâ facultate, quique adeo tam multiplicis argumenti Scripta nobis reliquit. Hujus Discipulus fuit *Bonifacius*, primus Moguntinus, adeoque totius Germaniæ Archiepiscopus, cuique imprimis Germania Christianam debet Religionem. Eundem *Beda* audivit *Albinus Alcuinus*, & ipse natione Anglus, Caroli M. Præceptor, & Parisiensis Scholæ Autor. *Beda* æqualis fuit, & Æmulus in oriente *S. Johannes Damascenus*, quem ad tam insignem Eruditionem, qvalis profecto in ejus Scriptis elucet, illo tempore atque illo loco potuisse attingere, non quæo satis mirari.

## Cap. II.

### De Historicis.



**A**nglorum Historiam scripsit hoc Seculo ille, quem ante laudavi, *Venerabilis Beda*, quo nomine meretur Historicis annumerari. Medico Seculo, & paulo post Desiderii, ultimi Longobardorum in Italiâ Regis Secretarius fuit *Aquilegiensis Ecclesiæ Diaconus*, *Paulus Varnefridus*, genere Longobardus, cujus est *Historia*, quæ dicitur *Miscella*, & alia de Gestis Longobardorum, VI. Libris constans. Fuit autem hic etiam in Monasteriis educatus, sacrisque addictus, quod alibi Eruditio nulla compareret, imò, præter Monachorum claustra nulla esset Schola. Habuit verò nec hoc Seculum vel Philosophum, vel Jurisconsultum, vel Medicum quæquam Scriptorem. Ab oratoriâ Laude tantum omnes abfuerunt, ut vix prima rudimenta lingvæ latinæ calluerint.

## Seculum IX.

## Cap. I.

## De Scriptoribus Ecclesiasticis.



Seculo hoc tota Germania Christianam Religionem relicta idololatriam avidè accepit, curante id ipsum cumprimis *Carolo M.* qui latissimè per Germaniam, Galliam, Italiam, Cæsareo adjecto titulo, imperitabat; eo factum, ut per Germaniam, Galliamq; multa Monasteria Ordinis Benedictini construerentur, quæ tunc seminaria fuerunt Religionis juxta ac Doctrinæ. Ex his Monasteriis prodire ævo *Caroli M.* *Vsuardus*, Monachus Gallus, *Alcuini* discipulus, Martyrologii Autor; *S. Ludgerus Frisius*, ex Monacho Werthinensi primus Episcopus Monasteriensis, Vitæ *S. Suisberti* Autor. Ætate *Ludovici Pii* *Pascasius Radbertus*, Abbas Corbejensis, *Rabanus Maurus*, ex Abbate Fuldensi Episcopus Moguntinus, apud Germanos; In Galliis verò *Claudius Scotus*, *Jonas* Episcopus Aurelianensis, *Amalarius*, Episcopus Trevirensis, *Freculphus*, ex Monacho Episcopus *Lexoviensis*, *Hilduinus*, Abbas *S. Dionysii Parisiensis*, & *Theodulphus*, Episcopus Aurelianensis floruerunt. Ævo *Filiorum Ludovici Pii* in Germania vixit *Strabus*, Fuldensis Monachus, *Rabani* Discipulus, & Autor *Glossæ*, quæ dicitur *ordinaria*, in universam *S. Scripturam*; *Haymo* Episcopus Halberstadiensis, & *Valafridus Strabo*, Abbas Augiensis. In Hispaniâ vixit unus *S. Eulogius*, à Sarracenis trucidatus; in Galliâ verò *Angelomus*, & *Christianus Druithmarus*, Monachi, nec non *Hincmarus*, Rhemensis Episcopus. Italia denique habuit ipsum *Nicolaum*, i. hujus nominis Papam. Habuit quoque hoc Seculum unum alterumque in Græcâ Ecclesiâ. Initio quippe Seculi vixit *S. Nicephorus*, Episcopus Constantinopolitanus; Medio verò Seculi imprimis floruit *Photius*, & ipse Episcopus Constantinopolitanus, homo summâ Eruditione, ut patet ex illius Libris, *Nomocanone*, & *Bibliothecatum* Eruditionis illis in locis penitus collapsæ restaurator.

Æqvæ

Æqualis huic atque Adversarius fuit *Nicetas David*, qui etiam nonnulla scripsit, doctrina tamen longè inferior.

### Cap. II.

## De Philosophis.

**P**hilosophica studia hoc Seculo cum liberaliori doctrinâ post CC. Annorum quasi exilium, cœperunt rursus efflorescere. Nam primò quidem *Sarraceni* in Asiâ ad excitanda literarum studia quorumlibet hominum industriam adjectis ingentibus præmiis excitantur; inter quos cum primis hoc nomine commendatur *Maimon Calipha*, qui, præterquam quod ipse studiis Mathematicis valde inclaruerit, omnis Generis Scripta Græca & latina in Arabicum Sermonem convertenda curavit. Ejus æmulatione & Constantinopoli omni Imperatores per *Leonem* quendam Philosophum, curantibus id ipsum imprimis *Bardâ Michaëlis* Imp. Tutore, & eo, quem ante laudavi, *Photio* Patriarchâ, Philosophica studia, quæ CC. Annis tantum non sepulta jacuerant, cœperunt revocare in Scholas publicas, quam Historiam maximè memorabilem legere est apud *Zonaram*. Jam antecios *Carolus M. Lutetia Parisiorum Scholam bonarum artium publicam* ab aliquot *Anglis Monachis* mandaverat institui, pro illius ævi captu sanè nobilem. Idem verò & ubivis terrarum ditionis suæ numerosis ac opulentis erectis *Monasteriis* ac sedibus Episcopalibus totidem *Philosophiæ meliorisque doctrinæ Scholas* aperuerat.

Igitur in Asiâ inter Saracenos hoc Seculo vixerat *Albasenus*, nobilis ille opticus, circa Annum DCCCXXX. *Abumasar Alpharabius* Babylonius circa Annum DCCCLXX. maximi inter suos nominis Philosophus; sub finem denique Seculi *Albatagnius*, Araçâ, Mesopotamiæ urbe oriundus, & *Alkindus*, uterque nobilis Astronomus. Ex Græcis autem Latinisque nemo nomen aliquot promeruit, Philosophiâ apud utrosque adhuc in tyrociniis hærente.

Cap. III.  
De Jure Consultis.



**H**oc Seculo in Reliquiis Constantinopolitani Imperii observatæ sint *Leges Justinianea*, qui tamen eo nomine claruerit, nemo reperitur. In Occidente quidem nullus iis Legibus fuit locus; *Caroli M.* tamen auspiciis, *Leges ac Consuetudines Francorum, Burgundiorum, Alemannorum, Bojariorum, Saxonum, Frisorum, Thuringorum, & Longobardorum* recensitæ sunt. Extant autem illæ hodieque editæ curâ *Basilii Heroldi*, & nuper *Frid. Lindenbrogii*. *Caroli M.* Filius *Ludovicus Pius* *Canones Ecclesiasticos* ab *Episcopis Galliæ & Germaniæ* fecit in unum colligi atque emendari. Eodem tempore *Constantinopoli Photius Patriarcha* *Nomocanonem* conscripsit, quo *Juris Canonici* compendio omnibus post Seculis, usque in hæc tempora, *Græca Ecclesia* est usa.

Cap. IV.  
De Medicis.



**H**oc Seculo Medicum Scriptorem nullum quidem nos habemus, florere tamen *Medicina* cepit in *Asiâ* apud *Sarracenos* sive *Arabes*. Et quidem ab *Abrahamo Zacutho* laudatur *Gabriel Surianus, Johannes Mesue, & Sela, Filius Behela*. Sed, horum nomina quidem sunt famosa, scripta tamen ad nos nulla pervenerunt, cum & *Mesue* hic longè alius sit ab eo, qui nobis isthoc nomine est cognitus. *Alpharabum* item inter clarissimos *Medicos* habent *Maronitæ*.

Cap. V.  
De Historicis.



**H**oc Seculo habuit Occidens nonnullos *Historicos*, pro captu illius ævi sat nobiles: *Eginhardum*, *Caroli M.* Imperatoris *Cancellarium*, & *Vitæ* *Scriptorem*; *Nithardum*. Ejusdem *Caroli* *Nepo-*

Nepotem, ætate Lotharii Cæsaris; vixit etiam hoc Seculo *Adelhardus*, ejusdem Caroli Propinquus & Cónsiliarius, mox Abbas *Corbeje* utriusque, Gallicæ & Germanicæ, qui scripsit libellum de ordine Palatii; nec non *Freculphus*. Medio Seculo *Anastafium*, Bibliothecarium, qui vitas Romanorum Pontificum primus scripsit; atque *Aimoinum*, Historiæ Francicæ Scriptorem sol vidit. Sub finem Seculi vixit *Ado*, *Vienneſis* Episcopus. Poëtica hoc, & multo post tempore valde fuit rudis, ut & Oratorium studium; quare non est, quod quemque eo nomine hic memoremus. Non tamen possumus non meminisse illius *Anonymi Poëta*, qui Caroli M. vitam descripsit, & à *Rein. Reineccio* quondam Helmeſtadii editus, & luculento Commentario illustratus est; neque enim debuit ille forsan sicco pede præteriri, saltem, quod primus sit inter Saxones, qui carmine tentaverit aliquid scribere.

## Seculum X.

### Cap. I.

#### De Scriptoribus Ecclesiasticis.



**D**E decimo Seculo merito dicere possumus cum *Bellarmino*: *Vide Seculum infelix, in quo nulli Scriptores illustres, nulla Concilia, Pontifices parum solliciti de re publicâ; sed divina Providentia fecit, ut nulla surgerent hereses nove.*

Scriptorum certè Ecclesiasticorum nullum licet in medium proferre, præter dictum nescio quem *Anonymum Idiotam*, *Radulphum Flaviacensem*, *Stephanum Eduensem*, & *Mosen Barcepham*, Episcopum Syrum, admodum profecto minutulos Autores; nisi forsan & *Leonem Sapientem*, Imperatorem Constantinopolitanum, quis velit huc trahere, cujus sunt Epistolæ pro Christianâ fide ad Imperatorem Sarracenum, & nonnullæ Orationes.



## Cap. II.

## De Philosophis.



Hoc seculo imprimis apud Sarracenos meliorem Philosophiam certum est; neque tamen quendam, cujus ad nos Scripta pervenerint, possum laudare. Unus notus est, *Abunazar Graphar*, qui vulgo *Albumasar* audit, nihil quidem minus, quam Philosophus verus, Astrologicæ vanitatis sanè Autor maximus. Par ratio est Philosophorum Græcorum, qui & ipsi non fuerunt nulli sub *Leone* & *Constantino* Imperatoribus literatissimis, quorum ille *Philosophus* nuncupari gestiit. Habemus tamen & ipsorum horum Cæsarum Scripta, ad Civilem prudentiam pertinentia, & cum primis ad artes militares, quæ debemus industriæ *Johannis Mersur*. In Occidente autem videtur adeo tenuis fuisse Philosophiæ cognitio, ut integro hoc seculo Scriptum aliquod Philosophicum elaborare nemo quiverit.

## Cap. III.

## De Jure Consultis.



Hoc seculo alia cœpit ratio Jurisprudentiæ, etiam in Constantinopolitano Imperio; abrogato enim *Corpore Juris Justiniani*, *Leo* Philosophus, sive Sapiens, Imperator, primum *Novellas*, mox *Βασιλικῶν* hoc est, *Regiarum Constitutionum Libros LX.* promulgavit. Fallitur verò *Theodorus Balsamo*, qui quæ hunc sequitur *Cujacius*. (Observ. Lib. 6. c. 9.) eodem tempore *Nomocanonem* à Patriarchâ *Photio* fuisse editum, utpote cum hic floruerit Imperatore *Michaële*, cum *Matre Theodorâ*. *Leonis* Filius *Constantinus Porphyrogennetus* eosdem *Βασιλικῶν* Libros recognovit, quo factum, ut ipse credatur primus eorum Promulgator. Idem quoque *Photii Nomocanonem* suâ recensitum Autoritate edidit. Ad hoc seculum quoque referri solet Græcus ille juridicus *Libellus*, qui inscribitur: *Μικροῦ καλαποικείων*. Porro in Occidentali Imperio nihil magno opere

gnopere innovatum in Legibus à Carolo M. superiori Seculo latis,

Cap. IV.  
De Medicis.



Oc Seculo valde multos inter Sarracenos Afaticos Scriptores Medicos floruisse, dubium non est; vix tamen nomina eorum ad nos pervenerunt, præterquam, quod rari Libri Arabici in latinum Sermonem sint conversi. Sed unus præ multis potest esse, *Rhasis*, Filius *Zacharie*, Autor magni illius operis, quod dicitur *Continens*. Constantinopoli quoque floruisse complures Medicos, equidem non ambigo, itidem tamen solum unum habemus, *Nonnum*, Constantini Porphyrogenetæ Imp. coævum, cujus extat hodieque libellus *de curatione morborum particularium*.

Cap. V.  
De Historicis.



Oc Seculum nullum habuit Poëtam, nullum Grammaticum, nullum Oratorem; imò in Occidente vix ipsi doctissimi poterant latinè balbutire. Historiam tamen scripserunt, aut scribere conati sunt, *Regino*, Abbas *Prumiensis*, *Luitbrandus*, Diaconus *Ticinensis*, *Vvittekindus*, Monachus *Corbejensis*, *Dietmarus*, Episcopus *Mersburgensis*, & *Flodoardus*, Abbas *Rhemensis*, quorum labores, rudes licet, svaes tamen sunt in defectu meliorum. Pertinet & huc *Abugiasar*, Mahumetanus Historicus, qui XII, Libros Arabico sermone condidit,

Seculum XI.

Cap. I.

De Scriptoribus Ecclesiasticis.



Oc Seculo non nihil respiravit Ecclesiastica doctrina; nam & Græca Ecclesia habuit circa Annum M. LXXX. *Theophylactum*, Archiepiscopum *Bulga-*

Bulgarorum, *Chrysofomus* Abbreviatorem. Et in Occidente enata est hæresis per *Berengarium*, qui negavit veram & realem præsentiam corporis & sanguinis Domini in Eucharistiâ; itaque multorum calami sunt exerciti. Scripsit contra hanc hæresin *S. Fulbertus*, Episcopus Carnotensis, *Lanfrancus*, Archiepiscopus Cantuariensis, *Adelmannus*, Episcopus Brixienfis, *Guitmundus*, Episcopus Averlanus. Præter hos florere circa Annum LXX. & LXXX. tres *Anshelmi*, verè tria lumina hujus Seculi; nempe *Anshelmus*, Lucensis Episcopus, *Anshelmus*, Cantuariensis Archiepiscopus, & denique *Anshelmus*, Scholasticus Laudunensis, Autor Glossæ interlinearis. Præterea non nihil scripserunt *Leo IX.*, Pontifex, *Humbertus* Cardinalis, *Petrus Damiani* Cardinalis, *Bruno*, Institutior Carthusianorum, & *Samuel Marochianus*, ex Judæo Christianus.

### Cap. II.

#### De Philosophis.



Philosophiam hoc tempore floruisse in Asia apud Sarracenos, extra alcem dubitationis ponitur; nullius tamen scripta in manibus sunt nostris, præter unius *Avicenna*. Similiter constat, Constantinopoli Philosophiam viguisse, itidem tamen non nisi unius *Michaelis Pselli* nos quidem Scripta habemus. In Occidente autem toto vix est verisimile, quæquam studiis Philosophicis multum valuisse; tantum enim reperire licet unum atque alterum veteris Musicæ non ignarum.

### Cap. III.

#### De Jure Consultis.



*Justiniana Juris Prudentia* hoc Seculo per totum Terrarum orbem nullo plane in usu fuit, obtinentibus in foro quidem Constantinopolitano Legibus illis *Basilicis*, in Occidente autem à *Carolo M.* profectis. Canonice tamen, vel Ecclesiasticæ Jurisprudentiæ

dentia haud parva jacta sunt fundamenta per *Barthardum* Episcopum Wormatiensem, & *Ivonem*, Episcopum Carnotensem, quorum ille initio hujus Seculi XX. Libros Decretorum, ex conciliis, Pontificibus, & SS. Patribus collegit; hic vero sub finem Seculi scripsit Volumen Decretorum, quibus post usus est *Gratianus*.

### Cap. IV.

#### De Medicis.

**H**æc per tempora haud leviter Artem Medicam excoluere Sarraceni Asiatici; inter eos enim floruerunt ad medium usque Seculi *Johannes Serapion*, Autor Practici operis, non verò ille, qui de Simplicibus Medicamentis scripsit, et si vulgo credatur unus idemque. *Haly*, Filius *Rodoham*, Astronomus idem, & Commentator *Galenii*; *Haly Abbas*, *Isaac Beimsiram*, & quem Principem vocant sequentia Secula *Aboali Ebenfensi*, vel, ut vulgò loquuntur, *Avicenna*. Constantinopoli etiam floruit *Michael Psellus*, cujus ante in Philosophicis meminimus, & qui ex *Psello* librum suum de ciborum facultatibus circa Annum MLXX. transcripsit, *Simeon Sethi*. In Italiam quoque, adeoque in Occidentem hæc ætate Medicam artem transtulit à Sarracenis *Constantinus Afer*, Monachus Casinensis, versis nonnullis Arabum & Græcorum scriptis Medicis in sermonem latinum, aliisque à se de novo conscriptis. Quo factum, ut illo tempore *Salerni*, quod oppidum adjacet Casinensi Monasterio, valde resflorerit Ars Medica.

### Cap. V.

#### De Historicis.

**H**abuit hæc quidem ætas nullum Oratorem aut Poëtam insignem; Historiographi tamen nonnulli cum in Occidentali, tum in Orientali Imperio floruerunt. Et quidem Occidentis

Historias seu potius Annales scripsit circa Annum MXLI. *Glaber Radulphus*, Monachus, & decennio post *Hermannus*, à membrorum contracturâ dictus *Contractus*, Monachus Augiensis, sed illustri Comitum profapia oriundus, cujus Historiam decennio post auxit ac produxit *Bertholdus Constantiensis*. Eodem fere tempore, vel certè paulò post in Germaniâ scripsit Historiam *Lambertus Schaffnaburgensis*, Monachus Hirschfeldensis, Vir supra Seculum prudens & facundus; & Monasteria Anglica descripsit *Ingulphus*, Abbas Anglicus. Paulò post circa Annum LXXX. tres Chronicorum Libros conscripsit *Marianus Scotus*, Monachus Fuldensis; & *Sigebertus*, Monachus *Gemblacensis*, summus defensor Henrici IV. Cæsaris. Constantinopoli verò claruit circa Annum MLXX. *Georgius Cedrenus*, compendio historico notus, & *Johannes Curopalates*, qui Historiam Orientis ab Anno DCCCXI. ad Annum usque MLXXX. descripsit. Vixit etiam sub Constantino Ducâ *Simeon Metaphrastes*, & *Johannes Xiphilinus*, Patriarcha Constantinopolitanus, cujus extat *Dionis Cassii* Historiarum Epitome.

## Seculum XII.

### Cap. I.

### De Scriptoribus Ecclesiasticis.

**H**oc Seculo studium Theologicum multò quam ante aliquot seculis accuratius tradi cœptum est, paulisper & studiis philosophicis excitatis, & Patrum antiquorum monumentis passim in opulentissimis *monasteriis*, cum primis tamen in *Schola Parisensi*, revocatis iterum in lucem. Itaque Anno MCXIX. vixit *Rupertus Tuitensis* Abbas, Vir doctus; & paulò post *Algerus* Scholasticus *Leodiensis*, cujus imprimis celebratur opusculum *de Corpore & Sanguine Domini*. Circa Annum MCXXX. floruerunt in Galliis: *S. Bernhardus*, Abbas *Claravallensis*, Vir melleæ planè Eloquentiæ, & doctrinæ cum subtilis, tum sanctæ; *Petrus*, Abbas *Cluniacensis*; *Hugo*, natione Saxo, Ab-

bas S. Victoris, inde dictus *Hugo de S. Victore*; *Richardus*, ejusdem Monasterii Monachus, itemque dictus *de S. Victore*. Circa Annum MCXLV. floruit in Italiâ *Gratianns*, Monachus S. Benedicti, Magister omnium Canonistarum, cujus est Decretum, quod dicitur: *Concordia discordantium Canonum*; adeoque fons omnis Juris Canonici opus, quod postea in omnibus Scholis prælegi meruit. In Galliâ verò vixit, natione licet Italus, *Petrus Lombardus*, Episcopus Parisiensis, qui compendium S. Theologiæ ex sententiis primorum Ecclesiæ Patrum colligens, opus conscripsit, quod dicitur *Sententiarum*, tantæ Autoritatis, ut & ipsum in Scholas Orientalis Ecclesiæ sequentibus Seculis fuerit receptum, ipseque *Magister Sententiarum* vulgò audiat. Paulò post hunc vixit *Petrus Comestor*, Historiâ sacrâ conscriptâ nomen Magistri Historiæ Scholasticæ meritis. Anno MCLXXVII, vixerunt *Hugo Esberianus*, Scriptor Libri de Processione Spiritûs S. contra Græcos; *Arnoldus Carnotensis*, Abbas Bonæ vallis; *Johannes Sarisberiensis*, natione Anglus, Vir præter Theologicam peritiam omnes insuper hominum mores doctus, ac denique *Petrus Blaesensis*, homo itidem variæ doctrinæ.

Floruit itidem hoc Seculo *Petrus Abelardus*, Præceptor Lombardi, & *Gilbertus Porretanus*, Episcopus Pictaviensis, Vir valde doctus, sed uterque hærescos infamis. Non possum etiam non memorare ex Græcâ Ecclesiâ *Euthymium Zigabenum*, *Panopliæ* doctissimum Scriptorem, qui vixit circa initium Seculi duodecimi.

## Cap. II.

### De Philosophis.

**I**n Actempestate *Schola Asiatica* videntur valdè defecisse, in otium & socordiam prolapsis Calipharum Regibus; at verò invaluerunt haud parum in Africâ & Hispaniâ sub patrocínio & auspiciis familiæ regiæ *Almoravidarum*, quæ, etsi Marocci in Africa sedem sibi fixisset, imperio tamen omnem simul Africam & Hispaniam continebat,

tinebat. Nam per plerasque Africæ ac Hispaniæ urbes hoc Seculo à Mauris excitatæ sunt illustres ac opulentissimæ *Academiae*. Facile autem videre licet, nihil non Philosophicæ atque humanioris doctrinæ egregiè illis in locis fuisse ex cultum; librorum tamen pauci in latinum conversi ad nos pervenerunt. Ex illistamen Scriptoribus unus præ multis esse potest, *Averrhoës*, omnium Arabicorum Scriptorum *Περὶ τὰ φυσικὰ* [C] quique omnia fere *Aristotelis* Scripta commentario luculento illustravit; sequentibus hinc Seculis *Commentatoris* nomen adeptus. Vixit autem circa Annum MCLX. Cordubâ oriundus, Maroccanæ tamen *Academiae* Professor. Fuit huic Præceptor *Avempace*, præclaræ itidem Doctrinæ Vir, sed cujus Scripta rara extant. Vixit eodem tempore etiam *Algazel*, Philosophiæ & Theologiæ Mahumedanæ studiis imprimis celebris. In Europâ etiam, & nominatim in *Parisiensi Scholâ* quidam nonnihil subtilius philosophari cœperunt. Fuerunt autem iidem, quos antea in Theologiâ laudavimus; præ reliquis verò excelluit *Gilbertus Porretanus*. Notandum verò, omnes hosce adminiculo tantum Librorum *Boëthii*, ac quorundam *Aristotelis* esse usos, non verò literaturâ Arabicâ, ex quâ Seculo sequenti philosophari cœptum est.

### Cap. III.

#### De Jure Consultis.

**H**oc Seculo resuscitatum est in Italiâ *Jus Justinianicum*; scribit enim *Conradus, Abbas Vrspurgensis, VVernerum* seu *Irnerium*, Ictum illum, qui appellari solet *Lucerna*, *Juris* Libros Legum, qui dudum fuerant neglecti, rogatu *Mathildæ Comitissæ*, renovasse; obiit autem illa Anno MCXV. Viginti duobus annis post *Lotharius Saxo Imperator Volumen digestorum Amalphi* in Apuliâ inventum, donavit *Pisanis*, quibus postea illud eripuerunt *Florentini*. Sic data fuit occasio, *Pandectarum Libros*, dudum ex mortaliū manibus elapsos, evolvendi; namque ex illo volumine omnia Exemplaria *Pandectarum*, quæ passim habentur, sunt trans-

transcripta. Eodem tempore *Bononiæ* jus illud, in quod supra modum avidè involabant Itali, rerum novarum, ac dudum mortuæ Romanorum potentia cupidiſſimi, doceri publicè cœpit, unde urbs illa *Mater Studiorum* est nuncupata. Certè jam tum Cunrado Cæsare magna fuit Itatorum gloria de Romano illo Jure. Friderico I. verò Imperatore Juris Professione *Bononiæ* laudabantur *Pileus Modicensis*, *Johannes Bassanus*, *Cremonensis*, *Bagarotius*, Autor Cavillationum, ac *Bulgarus Pisanus*. Sub finem hujus Seculi vixit *Azo Bononiensis*. Anno MCXCVI. *Montepessuli* in Gallia excitata est *Academia*, & sic trans Alpes etiam propagatum est Juris studium, Doctore cum primis *Placentino*, natione Italo. In Hispaniam tamen & Germaniam non penetravit; quinimo hujus Seculi fine *Juris Saxonici & Suevici* volumina illa, quæ vulgo *Specula* audiunt, item *Jus feudale Saxonicum & Magdeburgicum* fuere conscripta, quibus aliquot post seculis Germania usa est. Eodem tempore & *Jus Canonicum*, quod dicitur, accuratius tradi cœpit, confecto per *Gratianum* Anno MCLI. Decreto, quod postea in Scholas receptum est. Græca quoque Ecclesia habuit hoc Seculo sub initium *Johannem Zonaram*, & inde *Theodorum Balsamonem*, circa Annum MCXC. Commentatorem *Nomocanonis Photii*, adeoque inter *Canonici Juris* apud Græcos Doctores præstantissimum.

#### Cap. IV.

#### De Medicis.

**H**Oc Seculo doctissimi aliquot Medici Sarraceni flourerunt; ut initio Seculi usque ad medium *Abumarone Avenzoar*, & *Jacobus Alcbindus*. Circa Annum LX. *Averroës* scripsit suum *Colligeth* jussu Regis sui potentissimi *Jacobi Manfari*, & *R. Moses Masmonides* *Cordubensis* collegit Aphorismos ex operibus Galeni. Vixit declinante Seculo *Serapion*, Autor Libri de Simplicibus, & *Johannes Mesue* *Damascenus*. Constantinopoli claruit ævo *Emanuelis Comneni* Imperatoris *Theophilus Protospatarius*. In Italia magnæ Existimationis fuerunt *Medici Salernitani*, adeo



adeo, ut Fridericus Barbarossa Legem tulerit, ne quis Medicinam faceret, nisi probatus in collegio Salernitano. Videntur autem eo tempore, aut paulo post Salerni floruisse *Johannes Placcarius, Saladinus de Esculo, Beneventus Graphens de Hierusalem, Nicolans Calaber, Præpositus Alexandrinus*; qui tamen, cum neque Græcorum, neque Arabum scripta inspicere potuerint, non possunt cum Sarracenis in comparationem venire. *Egidius* quoque *Cordubensis*, qui Medica quædam versibus conscripsit, hoc tempore Archiatrum Philippi Augusti Galliarum Regis egit.

### Cap. V.

### De Historicis.



Eculum hoc habuit nonnullos, ut tunc tempora ferebant, haud ignobiles Historicos. Namque initio vixit *Johannes Zonaras, Monachus & Historicus Græcus*. Circa annum MCXXX. Anglicanam Historiam scripserunt *Guilhelmus Malmesburiensis & Henricus Huntingtonensis*. Circa Annum MCXL. res Germanicas prosecutus est *Otto, Frisingensis Episcopus*, Vir nobilitate, & doctrinâ insignis, quemque primum dixeris Germanorum non nihil Philosophiæ calluisse. Ejus Libros de rebus gestis *Friderici I.* postea continuavit *Radevicus, Canonicus Frisingensis*. Eodem tempore Chronicon Sclavorum scripsit *Helmoldus, Canonicus Buzoviensis*, homo de Gentibus transalpinis, ut quæ tum temporis Christianismo fuerunt imbutæ, optimè meritis; item *Godofredus Viterbiensis* scripsit Chronicon universale, cui ineptum fecit titulum, *Panticon*. Anno MCLXXIII. *Benjamin Tudelensis* Itinerarium suum composuit. Circa Annum MCLXXX. historiam belli Sacri exaravit *Guilhelmus, Archiepiscopus Tyriensis*; sub finem denique Seculi *Guilhelmus Neubrigensis, & Rogerius de Hoveden* Historiam Anglicanam tradidere. Temporibus quoque *Friderici Imperatoris* vixit *Güntherus, Ligurini* Autor, qui res gestas *Friderici Imperatoris* carmine cecinit, longè felicius,

cius, quam illa tempestate fuit solitum; Historicis tamen potius annumerandus, quam Poëtis.

## Seculum XIII.

### Cap. I.

### De Scriptoribus Ecclesiasticis.



**H**oc Seculo maxime floruit *Scholastica Theologia*, quæ Philosophiæ *Aristotelicæ* subtilitates ad res fidei accuratius exponendas solet adhibere, Eloquentiæ, Lingvarum, Antiquitatisque negligentior. Namque in emolumentum fatiscantis præ torpore ac desidiâ Canonorum, Monachorumque Benedi-  
 norum, Ecclesiasticæ Eruditionis, ordinibus institutis mendicantium Monachorum, Autoribus præcipue *S. Francisco*, & *S. Dominico*, cum *Aristotelis* aliorumque Philosophica Scripta eodem tempore translata essent ex Arabico in latinum, tanto ardore in ea involarunt horum Ordinum Sodales, ut in penetralia Philosophiæ penetrarint. - Id maxime contigit post Annum XL, hujus Sec. cujus initia *Innocentius III.* Papa, & *Jacobus à Vitriaco* exornarunt. Circa hoc tempus *Guilielmi* duo Episcopi, alter *Parisiensis*, alter *Antisiodorensis*, & *Alexander de Ales*, natione Anglus, ordinis *S. Francisci*, in Galliis, jam subtiliter, & Scholastico more varios libros conscripserunt. Quo tempore *Hugo de S. Caro* Cardinalis in universam Scripturam notas fecit, & opus Concordantiarum, quod dicitur, constituit. Circa Annum L, jam in admiratione erat *Albertus*, natione Sævus, Ord. *Dominicani*, ob singularem Sapientiam *Magnus* cognomen meritus, etsi diu post supervixerit, homo longævus. *Vincentius* quoque *Belluacensis*, Ord. *Prædicatorum*, sua Specula conscripsit. *Alberti* & *Alexandri Aletis* Auditor fuit *S. Thomas Aquinas*, omnium Scholasticorum accuratissimus, vulgo dictus *Doctor Angelicus*, Ord. *Prædicatorum*, ejusque Amicus, *S. Bonaventura*, Ord. *Minorum* *Doctor*, *Seraphicus* cognominatus. Eisdem coævii fuerunt *Thomas Cantuariensis*, *Petrus Tarantasiensis*, & *Vlricus Ar-*

*gentinensis*, omnes Monachi Ordinis Prædicatorum, duo etiam postremi Commentatores *Magistri Sententiarum*, Circa Annum LXXX. vixit *Rupertus de Ruffiâ*, Ord. Minorum; & Discipulorum Thomæ doctissimus, *Ægidius Romanus*, Ord. S. Augustini; *Richardus* etiam *de Media Villâ*, Ord. S. Francisci; & *Doctor Sublimis*, *Henricus Gandavensis*, Archidiaconus Tornacensis; & *Johannes Parisiensis* Ord. Minorum. Sub finem denique Seculi vixit *Johannes Duns Scotus*, Ord. Minorum, & ob disputandi acumen *Doctor subtilis* nuncupatus.

## Cap. II.

### De Philosophis.



Ost Seculum XII. Sarracenicæ Sectæ, & Græcæ Philosophiæ Scriptores aut penitus ignorantur, aut sunt indigni qui commemorentur, in tantâ copiâ eorum, qui latinis literis Philosophiam excoluerunt. Excitata autem sunt in Occidentalis Ecclesiæ orbe studia philosophica liberalitate imprimis *Federici II.* Imperatoris & *Alphonfi* Regis Hispaniæ, quippe quorum sumtibus *Aristotelis* Scripta, multorumque Arabum & Græcorum in latinum Sermonem sunt conversa. Hactenus scilicet Scholæ latinæ paucis tantum *Aristotelis* libris erant usæ, quas olim verterat *Severinus Boethius*. Nunc verò *Aristoteles* penè integer ex Arabico in latinum est mutatus. Accessit circa Annum LX. nova versio *Aristotelis* de Græco, *Thomæ Cantipratensis* cura. Etsi verò multi Philosophica Scripta ediderunt hæc tempestate, non est tamen fortassis, cur eos hic seorsim enumeremus, quippe cum iidem etiam Theologicis Scriptis inclaruerint, adeoque jam sint laudati. Præ reliquis tamen inter illos Scholasticos inclaruerunt, *Albertus M. S. Thomas Aquinas*, *Ægidius Romanus*, *Henricus Gandavensis*, & *Joh. Duns Scotus*, ut qui & *Aristotelis* Scripta Commentariis illustraverint. Præter hos verò Philosophos irrepsit hæc tempestate etiam turba *Astrologorum* & *Magorum*, ejus farinae Libris una cum aliis de Arabico in latinum conversis.

versis. Sed nolo illorum nominibus conspurcare chartam, maximè cum interfit, eos planè ignorari. Veram tamen *Astronomiam*, quæ motus cœlestes indagat, valde juvat hoc ævo *Alphonsus Hispaniæ Rex*, editis *Tabulis motuum cœlestium*, quæ ab ipso *Alphonsina* dicuntur.

### Cap. III.

## De Jure Consultis.

**I**nitium Seculi XIII. habuit celebrem illum Juris Civilis Glossatorem *Accursium*, *Azoni* Discipulum. Hunc secutus est in Juris Professione Bononiæ *Jacobus Baldini* qui Collegam *Johannem de Blansco* habuit. *Baldini* Discipulus fuit *Odofredus*, circa Annum LX; quo tempore vixerunt etiam *Johannes de DEO*, & *Jacobus de Bello viso*. Sed imprimis tamen claruit *Guilhelmus Durantes*, à Speculo Juris conscripto *Speculator* dictus, alias & *Pater Præctica* nuncupatus. Sub finem denique Seculi vixit *Dinus Mugellanus*; qui omnes docuerunt Bononiæ; etsi Autoritate *Friederici II. Cæsaris*, *Patavii* & *Neapoli*, nec non *Philippi Pulchri Regis Galliæ*, etiam *Aureliæ* Jus doceri cœpit. Hoc Seculo quoque *Jus Pontificium*, seu *Canonicum* in Scholas introductum est. Nam initio Seculi *Gregorius IX.* Pontifex *Decretales Epistolas* in V. Libros fecit conscribi, operâ *S. Raimundi de Penna forti*. Illud *Jus Pontificium* glossis explicavit *Innocentius IV.* Pontifex. Eisdem *Decretales* brevi *Commentario* illustravit *Bernhardus Compestellanus*, ac grandiori volumine exposuit circa Annum L. *Hofiensis Cardinalis*. Vixit etiam hæc tempestate *Johannes Zemoca*, sive *Tenionicus*, *Halberstadiensis* *Canonicus*, qui primus omnium *Decretum Gratiani* Glossis exposuit. Sub finem denique Seculi *Bonifacius VIII.* Papa per *Dinum Mugellanum* fecit conscribi *Sextum Librum Decretalium*, quem tamen *Regnum Galliæ* nunquam hæcenus voluit recipere.

## Cap. IV.

## De Medicis.



Quid Fatum *Philosophiæ*, idem fere etiam *Artis Medicæ* fuit. Circa Annum XXX. & paulo post in latinum Sermonem conversis Scriptis *Arabum* præstantissimorum, *Avicennæ* inquam, *Averrhois*, *Scrapiotis*, *Rhasis*, *Johann Mesue*, & *Avenzoaris*, aliorumq; ita statim excoli cœpit *Ars Medicæ* latinis literis ut posthac nemo Sarracenicis Scriptores desideraverit. Versa quoque tunc temporis sunt, etsi admodum barbarè, ex Græco in latinum nonnulla *Hippocratis* & *Galenis*, quæ hætenus latinus Orbis non viderat. Antequam verò hæc felicitas evenit, nonnulli in signe *Artis Medicæ* nomen deportarunt. Ita circa initium hujus Seculi vixit *Johannes de Mediolano*, Autor *Scholæ*, quæ dicitur, *Salernitanæ*. Duo item Chirurghi, *Rogerius*, & *Rulandus Parmensis*. Non multo post *Guiselmus de Saliceto Practicæ* scripsit, quæ ab Autore hodieque *Guiselmica* nuncupatur. Sed longè magis efflorescere ars cœpit, post versus Libros *Arabum*; quâ in re imprimis operam collocavit, *Gerhardus Cremonensis* & *Simon Januensis*, qui & ipsi præclaros libros Medicos conscripserunt. Inter eos verò, qui primum usi sunt literis Arabicis, commemorandi veniunt duo Chirurghi, *Bruno Longobergensis*, pater *Dini*, & *Lanfrancus Mediolanensis*; duo item *Practicæ* Scriptores satis celebres, *S. Petrus Hispanus*, postea Papa *Johannes XXI.* dictus, & *Gilbertus Anglicus*. Cæterum circa Annum LXXX. omnes longè superavit *Thaddæus de Florentia*, utpote qui omnium primus inter Latinos subtilioris *Philosophiæ* notitiam cum *Artis Medicæ* cognitione conjunxit, & præterea *Medicinæ* felicissimè, & cum incredibili lucro fecit. Claruit eodem tempore *Philosophiæ Medicinæque* peritiâ *Turrisianus de Turrisanis*, qui vulgo *Trusiannus*, & *Plusquam Commentator* audit; arte tamen faciendâ usque ad eò infelix, ut præ desperatione cucullum induerit. Docuit autem uterque *Bononiæ*, & ex eorum Scholâ doctissimi quique Medici sequenti Seculo prodire.

## Cap. V.

## De Historicis.

**S**ub initium hujus Seculi Historiam captæ Constantinopoleos à Flandris & Francis scripsit *Güntherus*, Monachus *Parisiensis*; Quo tempore Historiam universalem ab Orbe Condito Libris XLVIII, *Helinandus* persecutus est. Imprimis vero *Cunradus Abbas Vrßbergensis* Historiã tunc temporis conscriptã inclaruit. Circa Annum XL, *Matthæus Paris*, sive *Parisiensis* Historiam Anglicanam composuit valde celebrem. *Martinus* etiam *Polonus* suum Chronicon edidit, & *Vincentius Belluacensis* suum, quod dicitur, *Speculum Historiale*. Circa finem *Henricus Gandavensis* conscripto Libro de optimis Scriptoribus meruit, quem hic inter Historicos connumeremus.

## Seculum XIV.

## Cap. I.

## De Scriptoribus Ecclesiasticis.

**S**cholastica, quæ dicitur, *Theologia*, ut præcedente Seculo feliciter cœpit, sic non minus feliciter hoc Seculo est exulta; & quidem sub initium imprimis doctos ac claros habuit Viros Ordo Minorum, seu Franciscanorum, Præceptore *Johanne Duus*, *Scoto*, usos. Ita floruit eã ætate *Petrus Aureolus*, *Antonius Andrea*, quem sui *Doctorem Fundatissimum* appellant; *Franciscus de Mayronis*, *Guilhelmus Occam*, & denique *Nicolaus*, à Patriã Lyrã, Brabantiæ oppidulo, *Lyranus* vocatus, Hebraicarum literarum peritiã & Commentariis in universam Scripturam sacram imprimis clarus. Quibus potest addi *Pelagius Alvarus* itidem ordinis Minorum Religiosus, non tamen ex Disciplinã *Scoti* profectus. Idem tempus duos habuit insignes Viros ordinis Prædicatorum, *Durandum* nempe de *S. Portiano*. Virum liberi admodum ingenii, & solidæ eruditionis, & *Hervæum Natalem*, *S. Thome* Defensorem. Circa Annum

XL. vixit *Petrus Paludanus*, & *Adamus Goddam*, duo insignes Commentatores in *Magistrum Sententiarum*, quos tamen Theologiæ & Philosophiæ subtilitatibus longe superarunt *Johannes de Bacone*, & *Robertus Holkoth*, uterque Anglus, sed alter professione Carmelita, alter Dominicanus. Circa Annum L. Ordinis S. Augustini Prior Generalis fuit *Thomas de Argentinâ*, quem in eodem officio secutus est *Gregorius Ariminensis*, uterque Scholasticæ Philosophiæ & Theologiæ peritiâ insignis. Coævum illis fuisse *Simon de Cassiâ*, *Henricus Suso*, *Richardus Armacanus*; & inter Græcos *Nicolans Cabasilas*, scriptis piis non minus quam doctis clari. Quam laudem eodem tempore in Germaniâ consecutus est *Johannes Tauleerus*, Ordinis Prædicatorum Concionator Argentoratensis. Fine denique seculi *Heidelbergensem Academiam*, Germanicarum primam, actunc recens institutam, ornavit *Marsilius ab Ingen*, Scholasticæ doctrinæ sane præclarus Doctor. Quo tempore *Johannes Rusbrochius* Belga, linguâ patriâ edidit Scripta divini amoris plenissima.

### Cap. II.

## De Philosophis.

**H**oc Seculo itidem Philosophiam excoluerunt; qui & Theologiam, omnes enim Scriptis suis Theologicis multa miscuerunt Philosophica; quidam verò & *Aristotelis* Libros Commentariis illustrarunt. Præ aliis tamen Philosophiæ notitiâ claruere *Petrus Aureolus*, *Antonius Andrea*, *Durandus de S. Porciano*, *Hervæus Natalis*, *Guilhelmus Occam*, *Johannes de Bacone*, *Gregorius Ariminensis*, & *Marsilius ab Ingen*. Scorsim, cum Theologus non esset, Philosophiæ nomine inclaruit *Johannes de Landano*, æqualis *Occami*, in plerisque *Averrhois* dogmata secutus. Ubi notandum *Guilhelmo Occamo* Autore cœpisse illam famam disputationem de *Vniversalibus*, *sintne res, an verò pura nomina?* quorum ultimum qui cum *Occamo* statuerunt, inde dicti sunt *Nominales*. De *Johanne Bacone* etiam notandum, illum in Philosophicis sententiis plerumque sequi *Averrhoem*, adeò, ut inter clarissimos *Averroistas* censeatur.

## Cap. III.

## De Jure Consultis.

**S**eculum hoc XIV. *Juris Civilis & Canonici* longè plurimos & celeberrimos Doctores habuit. Præterea & Jus dicendi ratio à veteri consuetudine non nihil deflexit & ad dialecticum arguendi disputandique modum deducta est. Illa docendi via cœpit primum Autore *Jacobo Ravano*. Hanc verò, (verbis utar *Valentini Forsteri Juris Hist.* Lib. 3. c. 22.) Sophisticam & argutam docendi rationem ita omnes fere reliqui sunt imitati, ut pleraque in Jure disputationibus in dubium vocata sint, & disputatio Juris immensos in commentarios excreverit. Cæterum hunc *Jacobum*, qui initio hujus Seculi vixit, cum alii multi sunt secuti, tum hi omnium clarissimi: *Petrus de Bellâ Perticâ*, *Rolandus Placola*, *Jacobus de Arenâ*, *Richardus Malumbra*, *Olradus de Ponte*, *Johannes Andrea*, *Cynus Pistoriensis*, *Johannes Calderinus*, & *Andreas de Ifernâ*, qui omnes floruerunt usque ad Annum XXX. Circa Annum XL. & L. vixit ingens illud Lumen Jctorum, tum Boni, cum æqui peritissimus *Bartholus de Saxo Ferrato*, cui fuere cœvi *Albericus Rosatus*, & *Signorolus de Homodeis*. Circa Annum LXXX. alterum illud Lumen Romanæ Jurisprudentiæ vixit, *Bartholi* Discipulus, *Baldus de Vbaldis*, ejusque Frater *Angelus de Vbaldis*, ac *Bartholomæus de Saliceto*, docti quidem, sed Baldo longe inferiores. Eodem Seculo & *Canonicum Jus* multis legibus est auctum, simulque suos habuit interpretes. Namque initio mox à *Clemente Pontifice* editæ sunt *Constitutiones*, quæ dicuntur *Clementina*, & ab ejus Successore *Johanne XXII.* *Constitutiones*, quæ dicuntur *Extra-Vagantes*, quibus vulgo clauditur *Juris Canonici Volumen*. Commentati autem sunt in *Jus Pontificium* primis XXX. annis *Guido Baifius*, *Guilielmus Abbas de Monte Landino*, *Monaldus Dal-mata*, & *Petrus Perrandus*. Similiter ex *Juris Romani Consultis*, quos jam laudavi, *Canonicum Jus* quoque illustrarunt *Johannes Andrea*, *Albericus Rosatus*, *Johannes Calderinus*, & denique *Baldus de Vbaldis*. Referrj huc fortè etiam merentur, qui casus conscientiæ, quos vocant, scripsere, *Casuiſtæ* hinc vulgo di-



Et, quorum duo vixerunt circa Annum XXX. alter *Astefanus Astensis*, Italus, alter *Bartholomæus Pisanus*, quorum Libri Summularum inscripti; *Astefani* quidem vulgo audit *Summula Astensis*, *Pisani* vero *Pisanella*.

#### Cap. IV. De Medicis.



Inem præcedentis & initium hujus Seculi duo imprimis ornarunt, Italus alter, alter in Galliis vivens, *Petrus Aponensis*, qui vulgo *Conciliator* audit, & *Arnoldus de Villâ novâ*. Circa Annum XX. & XXX. vixerunt itidem duo insignes Medici & Philosophi, *Thaddæi* Florentini Discipuli, *Gentilis de Fulgineo*, *Avicennæ* Commentator, & *Dinus de Garbo*. Circa Annum XXIX. vixit etiam *Guslielmus de Varignana*, origine Iudæus, quantum apparet, & *Mattheus Silvaticus*, qui passim *Pandectarius* audit, & *Franciscus de Pedemontio*, qui duo ultimi vixere Roberto Siciliæ Rege. Eodem tempore vixisse videtur *Johannes Anglicus*, *Rosæ Anglicanæ* Autor. Imò ad hæc usque tempora videtur pertigisse *Raimundus Lullius*, propriæ ac singularis cum Philosophiæ, tum Medicinæ, ac propemodum etiam Theologiæ Autor. Circa Annum XL. & L. vixit *Johannes de Rupefissa*, Chymici artificii Professor; sed magis claruit *Thomas de Garbo*, Dini Filius, item *Jacobus Dondus*, Autor præclari illius operis, quod inscribitur *Aggregator*. Sub finem denique Seculi vixerunt *Christophorus de Honestis*, & *Johannes Dondus*, Jacobi Filius.

#### Cap. V. De Historicis & Poëtis.

Sub initio vixerunt duo Chronicorum Scriptores, *Sigfridus Presbyter* Misnensis, & *Everhardo* Archidiaconus Ratisbonensis. Anno XXX. Constantinopoli floruit *Nicephorus Gregoras*, exigui judicii Historicus, & *Johannes Villanus*, Florentinus, Historiæ Patriæ Scriptor. Circa Annum L, magnum sibi nomen comparavit *Franciscus Petrarca*, qui primus post tam longum Latinæ cultioris Lingvæ exili-

exilium, & latinè & loqui & scribere potuit. Primus est post Augusteum ævum Poëta lauro coronatus, Vir, ut rarè Eruditione, ita & ingenti virtute, carmine tamen non tam latino, quam Hetrusco clarus. Secutus verò illum eodem est Seculo in Hetruscâ Poësi *Dantes Aligerius*, quem Itali Principem patriæ Poëseos solent laudare.

## Seculum XV.

### Cap. I.

### De Scriptoribus Ecclesiasticis.



Tiam hoc Seculo floruit ratio illa tractandi *Theologiam* quam vocamus *Scholasticam*, longè tamen minori Scriptorum numero, quod nobiliora ingenia vel in otium, vel in alia studia, & quidem nominatim Iuris Canonici, unde auream sperare messem poterant, se dederunt. Et tamen hâc ætate non parum concussa est Romana Ecclesia per Bohemorum, Autore *Johanne Hasso*, defectionem, etsi Hussitis semper Scriptores defuerint. Initio tamen hujus Seculi vixit *Johannes Capreolus*, Ord. Prædicatorum, & *S. Thomæ Aquinatis* defensor; *Petrus* item *ab Aliaco*, Archiepiscopus Cameracensis, & post Cardinalis, *Magistri* etiam *Sententiarum* nobilis Commentator. Circa Annum XX. adeoque durante Concilio Constantiensi, præ reliquis claruit Doctrinâ; pietate & prudentiâ *Johannes Gerson*, dictus *Doctor Christianissimus*. Illi coævus fuit *Thomas Valdensis*, inter *Joh. Hussi* oppugnatores acerrimus Disputator. Circa Annum XXX. vixit *Augustinus Romanus*, & hoc doctior *Paulus de S. Mariâ*, Burgensis in Hispaniâ Episcopus, origine Iudæus, & Gentis suæ perfidiæ doctus Reprehensor. Circa Annum XL. *Johannes Ragusius*, *Henricus Kalteisen*, *Johannes de Polemar*, & *Johannes de Capistrano* in Basiliensi Concilio Scriptis contra Hussi dogma nomen invenerunt. Floruerunt verò eodem tempore *S. Bernhardinus Senensis*, cujus sunt multa pia opuscula, & *Alphonsus Tostatus*, Episcopus Abulensis, cujus sunt uberrima & doctissima Commentaria in plerosque Libros S. Scripturæ, etsi tantum XL. annos vixerit

xerit, stupor hinc Mundi meritò appellatus. Circa Annum  
 L. vixit *S. Antonius Florentinus*, Summæ Theologiæ Autor.  
 At Anno LX. Scholastici nomine valuit *Johannes Bassolius*,  
 Juris verò etiam peritiâ *Johannes de Turre cremasâ*. Eodem  
 tempore vixerunt *Nicolaus Casannus*, Cardinalis, Vir variæ  
 Eruditionis, & *Dionysius Carthusianus*, Scriptor non minus  
 doctus, quam sanctus, & *Thomas de Kempis* ille, cujus sunt  
 libri sanctissimi ac in vulgus noti *de Imitatione Christi*. De-  
 mum circa Annum XC. in Tubingensi Academiâ docuit  
*Gabriel Biel*, ultimus fere omnium eorum, qui inter Germa-  
 nos Scholasticæ Theologiæ Scriptis inclaruerunt, ipse Scda-  
 tor *Occami*.

## Cap. II. De Philosophis.



Hoc Seculo phitosophandi ratio partim vetus est  
 retenta, partim nova introducta; namque &  
 multi consuetam Scholarum rationem, quam  
 jam ultra ducentos annos tenuerant, secuti  
 sunt; nonnulli etiam per Græcos, captâ Constantinopoli, &  
 Trapezuntino Regno delecto, Exules Græcis *Aristotelis*, *Pla-  
 tonis*, aliorumque libris in Italiam delatis, partim *Platonicam  
 Philosophiam*, partim illam, quam Græci *Aristotelis interpretes*  
 obseruarunt, in Italiâ una cum elegantiore latinitate sunt  
 sectati. Ad primi generis homines refero illos, quos antea  
 ob Theologiæ Scholasticæ peritiam quoque commendavi.  
 Eminent autem inter illos hoc nomine *Johannes Capreolus*, *Joh-  
 hannes Bassolius*, & *Gabriel Biel*. Ad eundem etiam Ordinem  
 pertinent *Johannes Versor* & *Paulus Venetus*, quorum uterque  
 circa Seculi finem vixit. *Nicolaus* item *Dorbellus*, & *Petrus  
 Tartaretus*, & *Galtherus Druel*, Scholasticæ simul Philosophiæ  
 illius celebres.

Secundi Ordinis sunt: *Johannes Argyropylus*, *Theodorus Ga-  
 za*, *Bessarion* Cardinalis, *Georgius Trapezuntinus*, omnes Græci  
 Exules, sed qui in latinè scribendi facultate omnes Latinos  
 potuerunt provocare. Vixerunt autem circa Annum XL.  
 & LX.

& LX. Illis etiam popularis & coævus fuit, ut in Italiam non transierit, *Georgius Gemisthus Pletho*, Philosophiæ *Platonice* & *Aristotelicæ* peritus. Ex Græcorum autem Exulum Scholâ profecti sunt *Johannes Picus*, Concordiæ ac Mirandulæ Comes, ingenii humani Phœnix, ac planè stupendum Miraculum; *Marsilius Ficinus*, Platonicorum Scriptorum interpretatione & defensione clarissimus. *Argyropyli* Auditor fuit *Donatus Acciajulus*, Vir, ut Genere nobilis, ita Commentariis Ethicæ & Politicæ celebris. Mathematica tractarunt *Nicolaus Cusanus*, & *Petrus de Alliaco*, alter Astronomiam, alter Mathesin. Nicolao etiam Pontifice *Archimedes* latinè vertit *Jacobus* quidam *Cremonensis*, teste *Regiomontano*; & in Algebrâ, eodem teste, claruit *Johannes de Danabionis*,

### Cap. III.

#### De Jure Consultis.

**H**oc Seculo Canonici ac Civilis Juris Professio nihil fuit mutata. planè ut Theologia. Floruerunt autem statim initio Seculi ex *Baldi*, ejusque coævorum Scholâ *Petrus de Anchorano*, *Antonius de Butrio*, *Franciscus de Zabarellis*, & *Christophorus Castellione*; Circa Annum XXX. *Castellionei* Discipulus *Raphaël Fulgosus*, & *Antonius de Butrio* Auditor *Johannes de Imola*, ac denique *Paulus de Castro*, ille, de quo vulgò fertur: *Si Bartolus non esset, esset Paulus*. *Imolam* audivit *Ludovicus Pontanus*, mortuus Anno MCCCCXXXIX. Circa Annum XL. floruerunt præ aliis *Guido Papa*, *Johannes de Anania*, *Johannes Alvarottus*, & *Angelus Aretinus*. Anno LX. vixit *Alexander Tartagnus de Imola*, & *Bartholomæus Capolla*, & *Marianus Socinus*, *Martinus Laudensis*, & *Lanfrancus de Orzano*. Circa Annum LXX. & LXXX. vixerunt: *Franciscus de Accoltis*, *Nicolaus Boërius*, & *Andreas Siculus Barbatia*. Sub finem denique vixerunt *Lancelottus Deoicus*, *Bartholomæus Socinus* & *Ludovicus Bologninus*. Non tantum verò Juris Civilis Romani præclari Doctores vixerunt hoc Seculo, sed etiam Juris Canonici Scriptores vixquam fuere plures. Sunt autem ex Juris Canonici Scripto-

ribus nonnulli jam ante laudati, qui utrumque Jus excoluerunt. Ita circa initium hujus quoque Seculi Juris hujus peritiâ claruerunt *Petrus de Anchorano*, *Antonius de Burrio*, & *Franciscus Zabarella*. Circa Annum XXX, claruit *Iohannes de Ananiâ*, Archidiaconus Bononiensis. Circa Annum XL, floruit illud magnum Juris Canonici Lumen *Nicolaus Panormitanus* Siculus. Circa Annum LX, floruit *Andreas Barbatias* & *Iohannes de Torre crematâ*. Sequentibus etiam temporibus *Iohannes de Imolâ* Jus Canonicum excoluit. Ad dendi & hic sunt casuum Conscientiæ Scriptores. Floruerunt autem circa Annum L, numero tres: *Pacificus*, *Angelus de Cluasio*, & *Baptista de Trovamala*, quorum primi Liber vulgò nuncupatur *Summa Pacifica*, secundi *Angelica*, tertii *Rossella*.

### Cap. IV.

#### De Medicis.



Edem etiam Seculo hæc Artis Medicæ, quæ præcedentis, facies fuit, nisi quod sub finem unus & alter ex meliori literaturâ nonnihil culturæ illi arti addere est conatus. Alias verò habuit hæc Ætas Medicos & artis peritiâ, & Philosophiæ cognitione præstantissimos longè plurimos. Atque initia quidem ornavit præ aliis *Nicolaus*, prolixissimus *Avicennæ* Commentator; & *Jacobus de Partibus*, itidem Commentariis in *Avicennam* scriptis clarus. Ut autem hi Italiam, sic Galliam eodem tempore decoravit *Guido de Cauliaco*, præstantissimus arte chirurgicâ. Circa Annum XX. & XXX. clari fuerunt in Italiâ, Bononiæ cum primis, Patavii & Ferrariæ *Jacobus Foroliviensis*, *Marsilius de S. Sophiâ* & *Hugo Senensis*. Anno circiter XL, præ aliis emicuit *Bartholomæus Montagnana* in Patavina Academiâ, & *Iohannes de Conco Regio*, *Iohannes Sermoneta*, & *Leonardus Bertapalia*. Paulo ante hos floruit Montepessuli in Galliâ *Valescus de Taranta*. Circa Annum L, vixit *Iohannes Michael Savonarola*, & *Antonius Guainerius*, & *Antonius Cermisonus*, omnes prædicis Libris editis clarissimi. Circa Annum LX, & LXX, in maximâ existimatione fue-

fuerunt *Johannes Argulanus, Pantaleon de Consiensia, & Baverius de Baveriis*. Circa Annum LXXX. vixit *Johannes Mattheus de Gradibus*, longè præstantissimus medendi artifex. Eodem ferè tempore & paulò post primus *Nicolaus Leonicensis*, Vir græcè & latinè doctissimus, à barbarie illorum temporum artem purgare conatus est. Juvit eum nonnihil *Hermolaus Barbarus, Plinio ac Dioscoride* recensitis, licet medicinam nunquam professus.

### Cap. V.

## De Philologis, Historicis & Poëtis.

**H**oc Seculo Græcæ & latinæ Lingvæ studium iterum cœpit germinescere in Italiâ. Namque Græcam literaturam eò reducerunt Exules Græci, Tyrannidem Turcicam fugientes, partim ante captam Constantinopolin, partim post. Latinæ Lingvæ desiderium excitaverat jam tum præcedente Seculo *Franciscus Petrarcha*, quo factum, ut hoc Seculo magno illam ardore propagarint Itali haud pauci. Et quidem Græcam Literaturam reducerunt hi potissimum seqventes Græci: *Emanuel Chrysoloras* statim circa initia, & hunc secuti *Bessarion* Cardinalis, *Theodorus Gaza*, *Georgius Trapezuntius*, *Johannes Argyropylus*, *Gregorius Tiphernas*, qui tamen & omnes simul latinæ Lingvæ fuerunt peritissimi. Circa eadem initia maximè latinam Lingvam expoliere: *Franc. Poggius* Florentinus, *Leonardus Aretinus*, *Franc. Philelphus*, *Mathæus Végius*. Circa Annum L. & LXX. potissimum floruerunt: *Laur. Valla*, *Æneas Sylvius*, postea *Papa Pius II.* nominatus, *Domitius Calderinus*, *Pomponius Letus*, *Dominicus Floccus*. Circa Annum LXXX. vigit fama *Angeli Politiani*, *Hermolai Barbari*, & *Hieron. Savanarola*, qui & Theologus, & Philologus peritissimus. Illi cœvus fuit, etsi ætate junior, *Rudolphus Agricola*, Frisius, primus Germanorum, qui Græcè, Latinè ac Hebraicè fuerit doctus. Per hos, horumque similes alios, omnis tunc melior literatura est restituta, & quidem imprimis singulari Dei beneficio Arte Typographicâ inventâ ultimis hujus Seculi annis, Latini, Græcique præcipui Scriptores ex tenebris in lucem sunt producti,

Habit hoc Seculum etiam Historicos nonnullos; namque circa Annum XL. vixit *Flavius Blondus*, Historicus cum antiquitate comparandus. Eodem tempore *S. Antonius Florentinus*, & *Aeneas Sylvius*, quem antea laudavi, historias scripsere, sed hic eleganter, ille minus latine. Circa Annum LX. *Laonicus Chalcondylas* res gestas Turcarum ad suam usque ætatem Græcè persecutus est. Eodem tempore *Mathæus Palmerius* suum scripsit Chronicon. Circa Annum XC. vixit *Jacobus Philippus Bergomensis*, Supplementi Chroniconum Autor, & *Antonius Bonfinius*, Historiæ Hungariæ, & *Robertus Gagvinus*, Gallicæ Scriptores. Omnibus autem hisce longè præcelluit *M. Anson*, *Coccinus Sabellicus*, rerum Venetarum doctissimus juxta ac diligentissimus Scriptor. In ipso fine Seculi habuit Germania nostra Viros quatuor Historiæ laude insignes: *Johannem Nauclerum*, Præpositum Tubingensem, Chronici universalis Scriptorem non indoctum; *Albertum Kranzium*, Hamburgensem Canonicum, rerum Saxonicarum, aliarumque Septentrionalium longè diligentissimum Doctorem; *Johannem Trithemium*, Abbatem Spanheimensem, Virum. cum multis nominibus, tum optimorum Scriptorum recensione dignissimum, qui hic memoretur; & demum *Johannem Vimphelingium*, cujus est Epitome rerum Germanicarum non contemnenda.

Denique nec Poëtæ huic Seculo defuere. Circa extremum enim illius vixit *Baptista Mantuanus*, & *Marcellus Palingenius*, una cum aliis aliquot minoris famæ in Italiâ. Eadem ætate tulit & Germania Poëtam pro captu Seculi non contemnendum, *Conradum Celsen*, Francum, qui primus in Germania lauream poëticam meruit.

Astronomiæ studium reflorescere etiam haud parum cœpit; primum quidem circa Annum XXX. per *Georgium Purbachium*, Viennæ in Austriâ, mox autem multò magis & longè clarissimè per hujus Auditorem, *Johannem Mollerum*, *Regiomontanum* vulgò à patriâ vocatum, Virum Græcè quoque doctum, quique rerum Mathematicarum peritissimum ipsum *Ptolomæum* potuit provocare.

## Seculum XVI.

## Cap. I.

## De Scriptoribus Ecclesiasticis.

**H**Oc denique Seculo, ut ipsius Religionis Christianæ, ita Doctrinæ Ecclesiasticæ magna facta est mutatio. Namque primò Lingvarum Studium ad res Theologicas ita adjectum est, ut hætenus nunquam. Inquiri etiam cœptum est in antiquos mores, & ritus primitivæ Ecclesiæ. Hinc excussi omnes antiquorum Patrum Codices, inque lucem publicam Typographiæ beneficio producti, id imprimis allaborante *Desiderio Erasmo Rotterodamo*, incomparabilis ingenii & diligentiz Viro. Hebræorum quoque Libri ad intelligentiam Vet. Testamenti cœperunt consuli, imò ab ipsis Christianis in publicum edi, accedentibus quibusdam ad istius Lingvæ peritiam, Iudæorum gloriæ æmulam.

Simul verò ingens in Ecclesia Schisma enatum est, Auctore primo *Martino Luthero* Anno MDXVII. quem plurimi toto terrarum orbe ita sunt secuti, ut paucos intra annos tota fere Germania & Britannia, integra Septentrionalia Regna, ut & postmodum major Galliz, Hungariæ & Poloniæ pars divortium à Romanâ fecerit Ecclesiâ. Cum vero nec *Lutheri* Sectatores omni ex parte cum illo consentirent, aliis huc, aliis illuc tendentibus, cum pars satis magna Sacramentariorum dogma foveret; factum hinc, ut illi ipsi Protestantes, (hoc enim communi nomine appellantur) in duo genera Scriptorum maximè debeant difcisci.

Usque ad Annum igitur L. Augustanæ Confessioni additi fuerunt, eamque maximè propugnarunt sequentes: *Martinus Lutherus, Philippus Melancthon, Johannes Brentius, Nicolaus Amsdorffius, Johannes Bugenhagenus, Erasmus Sarcerius, Andreas Osiander, Caspar Cruciger, Iustus Jonas, Urbanus Regius, Johannes Matthæsius*, & qui omnes Antiquitatis peritiâ, superavit, turbulento licet ingenio, *Matthias Flacius Illyricus*. Sacramentariorum dogma amplexi sunt: *Andreas Carlstadtus, Haldericus Zwinglius,*  
Johan.




*Iohannes Oecolampadius, Leo Iudæ, Conradus Pellicanus, Paulus Fagius, Seb. Münsterus, Theodorus Bibliander*, quorum quinque hi posteriores Hebraicæ Lingvæ notitiâ valdè floruerunt; & denique *Iohannes Calvinus*, qui ita Genevæ & in Sabaudia docuit, ut magnam partem Galliæ, & Britanniam fere omnem, ac postremo magnam partem Belgii ac Germaniæ suam in sententiam traxerit.

Antequam Schisma illud Ecclesiæ oriretur, jam tum magnum sibi nomen Theologicis Scriptis comparaverant: *Iacobus Almainus, Iohannes Major, Franciscus Lycheus*, tres Doctissimi Commentatores *Magistri Sententiarum*; quibus meritò quartus est adjungendus, *Hadrianus* is, qui *Luthers* ætate post *Leonem X.* Pontificatu functus est. Jam tum floruit quoque insigni famâ *Iohannes Franciscus Picus*, *Mirandulæ & Concordiæ Dominus*, Patruo suo *Iohanne Pico* sive ingenio, sive doctrinâ non multum inferior, pietate suppar. Scriptorum copiâ etiam superior. Eadem tempestas jam florentem vidit *Thomam de Vio, Cajetanum*, Cardinalem Summi Ingenii, ac subtilissimi acuminis Virum, etsi ille ætatem suam extenderit ad Annum usque MDXXXIV. atque cum *Luthero* congressus sit. Cui coævus itidem fuit, ut & eadem in ordine Prædicatorum dignitate, imò nec multò minor in S. Thomæ Scriptis enucleandis, *Franciscus Ferrariensis*.

Cæterum cum ipso *Luthero* proprius vixerunt in Italiâ quidem *Sylvester Prierias* etiam Ord. Prædicatorum Prior Generalis; in Germania verò *Iohannes Eccius, Conradus Koellin* Ord. Prædicatorum, *Iohannes Faber*, Episcopus Viennensis, *Conradus VVimpina*. Theologus Francofurtanus; in Angliâ *Iohannes Fischerus*, Episcopus Roffensis, ac *Thomas Morus* Regni Angliæ Cancellarius. Vixit autem eadem ætate *Desiderius Erasmus Roterdamus*, cui præter reparatam rem literariam Theologica studia saltem propter omnium ferè antiquorum Patrum Scripta emendata atque in lucem producta incredibili plane diligentia & felicitate nunquam magnam fatis gratiam retulerint. Quem quidem hic collocamus, ut qui membrum Ecclesiæ Protestantium esse noluerit, licet nec alteri parti omni ex parte satisfecerit. Ast verò post Annum XXX. usque ad Annum L. inter Germanos &

nos & Belgas inter alios eminuerunt *Iohannes Cochleus*, Norinbergenſis, *Albertus Pighius*, Campenſis, *Georgius VVicalius*, *Iohannes Driedo* Brabantinus à Thurnhaut, *Iacobus Latomus*, Profeſſor Lovanienſis, *Ruardus Tapperus*, *Iohannes Heſellius* à Lovanio. In Germaniâ itidem *Iulius Eſtugius* Nob. Miſnenſis. Eodem temporum ſpacio vixit etiam in Italiâ *Ambroſius Caſharinus*, Ord. Prædicatorum & Archiepiſcopus Comptæ. Habuit & Hiſpania *Franciſcum Viſtorium*, qv̄i primus Theologiam Scholaſticam in Hiſpaniâ excitavit; huiusqve Diſcipulos longè doctiſſimos *Dominicum Sotum*, & *Melchiorum Canum*; nec non *Iacobum Payva Andradium*; ac deniqve *Martinum Azpicueltam* Navarrum, Theologiæ moralis luculentiſſimum Scriptorem.

## Cap. II. De Philoſophis.



Ac tempeſtate ex parte quidem recepta hætenus in Scholis philoſophandi ratio eſt retenta, ex parte tamen etiam mutata. Et quidem quos antea in Theologicis laudavimus, *Thomas Cajetanus*, *Franciſcus Ferrarienſis*, *Iohannes Major*, *Franciſcus Lychetus*, *Iohannes Eccius*, multum ſane juverunt & Philoſophica ſtudia; quod etiam poſtea fecerunt *Franciſcus Viſtoria*, & *Dominicus Sotus*. Nonnulli tamen, cum vel totos ſeſe, vel potiſſimâ ex parte ſtudiis illis dederint, illâ tempeſtate ingentem reportaverunt laudem. Hos inter circa Exordia Seculi vixerunt *Paulus Soncinus*, & *M. Antonius Zimara*. Circa Annum XX & XXX imprimis floruerunt *Petrus Pomponatius*, ingentis ingenii Vir, ſed parum Chriſtiani, ejuſqve æmuli *Alexander Achillinus*, & *Auguſtinus Niſphus Sveſſanus*; ac præterea *Chryſoſtomus Lavellus*, Ord. Prædicatorum Monachus. Ex Pomponatiſ Scholâ circa Annum XL. & L. floruerunt *M. Antonius Paſſerius* Genuenſis, *Iacobi Zabarella* Magiſter, *Ludovicus de Buccaſſerrea*, *Simon Portius*, ut doctrinâ, ſic & Impietate Magiſtro ſuo ſuppares; *Lucillus Philaltheus*, *Nicolaus Contarenus* Cardinalis, *Franciſcus Vicomercatus*. Sic & *Iul. Caſar Scaliger*, qv̄i eodem tempore Adverſarium ſibi elegit *Hieronimum Carda-*

*nam*, admirandi, seu potius mirifici ingenii Medicum ac Philosophum. Eadem tempestate reformare nonnihil, seu potius reparare rem Philosophicam cœpit *Philippus Melancthon*. Ad longè maximam gloriam, & immortale ferè nomen pervenit *Georgius Agricola*, Scriptis de re Metallicâ editis, magnam nostræ Germaniæ ornamentum.

### Cap. III.

## De Jure Consultis.

**I**n tempestate ut aliarum Artium & Scientiarum, sic & *Jurisprudentiæ* Cultorum tantus fere numerus fuit, quantum omnibus præcedentibus Seculis non fuit; adjecta porrò ad *Jurisprudentiam* à nonnullis clarissimis Viris & melioris literaturæ, & Romanarum Antiquitatum studia. Hispania porrò adjicere cœpit & Scholasticas subtilitates *Naturalis Juris* ac *Theologiæ moralis*; quo factum, ut hoc tempore *Jurisprudentiæ* studia à consuetà ratione plurimum abierint. Omnium autem numerum inire neque facile, neque utile forsan fuerit; præstantissimos igitur laudabimus. Initio maximè in opinione fuerunt: *Felinus Sandeus*, *Philippus Decius*, atque *Jason Maynus*, item *Ludovicus Gomezius*, *Johannes Franciscus Ripa*, *Robertus Maraniba*, & *Franciscus Curtius*. Circa Annum XX. & XXX. vixerunt duo illa Lumina, alterum Galliæ. Italiæ alterum, *Guilhelmus Budeus*, & *Andreas Alciatus*, quem meritò ait *Forsterus* inter Interpretes Juris doctissimum, ac inter doctissimos Juris consultissimum fuisse. His verò duobus Autoribus in Gallia potissimum latinior atque elegantior *Jurisprudentia* cœpit florere, Italicis contra Scholis magnà ex parte antiquam docendi rationem retinentibus. Fuere autem hi in Galliis præcipui: *Franciscus Duarenius*, *Egvinarijus Baro*, *Andreas Tiragvellus*, *Virinfiniæ Lectiois*, *Franciscus Balduinus*, *Carolus Molinæus*, *Antonius Goveanus*, gente tamen Lusitanus; *Franc. Rosomannus*, *Barnabas Brissonius*. & qui omnes omnium ferè temporum *Jurisperitos* omnigenà ista *Jurisperitiâ* longo intervallo post se reliquit, *Jacobus Cujacius*. Hispania vero,

per

per quem Theologiam Scholasticam accepit, eodem Autore & Philosophia illa naturalis Juris, & Theologiæ moralis, cum Romani Juris studio est conjuncta. Ille verò est *Franc. de Visitoria*, quo Præceptore usus est *Didacus Cuvarruvias*, quiqve etiam huic operam dedit. *Ferdinandus Vasquez*, qui primus omnium longo post intervallo veram Juris æterni Philosophiam, simul cum civilis Juris prudentiâ excoluerunt. Germania quoque tandem aliquando cœpit suos Jurisprudentiæ Scriptores monstrare. Fuere enim illis XXX. primis annis hi præcipue celebres: *Henningus Goeden*, *Nicolanus Everhardus*, *Hieronymus Schurffius*, & omnibus hisce doctior *Vdalricus Zasius* & *Vigilius Zuvichemius Erisius*, quem postea alii innumero numero sunt secuti.

### Cap. IV.

### De Medicis.



Rs quoque Medica longè majori diligentia pariter atque elegantia hæc tempestate cœpit coli, præsertim laborantibus nonnullis eruditis Viris, ut *Hippocratis*, *Galeni*, aliorumque veterum Græcorum Medicorum Scripta postliminiò quasi in manus Studioforum pervenirent. Debetur autem illa laus aliqua ex parte Italis & Gallis, ex potissima tamen nostris Germanis. Unus nempe est *Jannus Cornarius*, qui *Dioscoridem*, *Hippocratem*, *Paulum Aeginetam*, *Ætium*, & *Galeni* pleraque in latinum convertit, præterquam quod alios jam editos correxit. Incubuit in eandem operam *Johannes Guinterius Andernacus*, ac *Leonhardus Fuchsius*, & *Conradus Gesnerus*. Ut verò constet unicuique sua ætas, florere circa initia: *Leonellus Faventinus*, *Petrus Bayrus*, *Andreas Thurinus*, *Sebastianus Montanus*, *Johannes de Vigo*, Chirurgus præstantissimus, & *Symphorianus Campegius*, qui tamen omnes secuti sunt antiquum & elegantem modum. Eodem tempore excoluit elegantius artem Medicam *Johannes Manardus Ferrariensis*, *Nicolai Leonici* Discipulus. *Dioscoridem* quoque verterunt de Materia Medica optimè meriti *Marcellus Virgilius Florentinus*, & *Johannes*

*hannes Ruellius Gallus.* Vixit etiam tunc *Petrus B.issius*, & *Matthæus Curtius*, motâ de secundâ venâ in pleuritide controversiâ celeberrimi. Circa Annum XL. fuit ingens fama *Andree Vesalii*, Bruxellensis, qui rem Anatomicam penitus colapsam, atque ne quidem ab ipso *Galeno* satis traditam accuratè etiam tum Juvenis ita restituit, ut etiam senibus omnibus hodieque sui admirationem reliquerit; quem pari in genere Studiorum in Italiâ tunc secuti sunt *Realdus Columbus*, & *Gabriel Fallopius*. Eodem autem tempore & rem Herbariam excoluerunt magnâ felicitate *Petrus Andreas Matthiolus*, Italus Senensis, *Bartholomæus Marantba*; in Germaniâ *Hieronymus Tragus* vel *Bock*, *Leonhardus Fuchsius*, & *Cunradus Gesnerus*, qui præterea animalium Historiam vastissimis Commentariis illustravit. Ipsam autem medendi artem præ aliis clarissimâ in luce collocarunt *Johannes Baptista Montanus*, *Vissor Trincavellius*, *Hieronymus Fracastorius*, *Nicolaus Massa*, *Johannes Argenterius*, omnes Itali; *Johannes Fernelius*, *Jacobus Sylvius*, *Jacobus Hollerius*, *Gvilielmus Rondeletius*, omnes pari eruditione Galli. Apud nos verò iidem, quos antea laudavi, *Leonhardus Fuchsius*, & *Johannes Gvinterus Andernacus*; quibus dubio procul plures accessissent, nisi Germaniam tunc temporis dementasset ille, qui se *Philippum Aureolum Theophrastum Bombastum Paracelsum ab Hohenheim* nominavit, Monstrum hominis, in perniciem omnis melioris doctrinæ natum.

S. D. G.

Ad

## HERMANNI CONRINGII

Commentarium de Scriptoribus

Supplementa.

Ad

Seculi XVI.

Cap. I.

## De Scriptoribus Ecclesiasticis.



Seculum XVI. ob Artium bonarum restitutionem prioribus longè felicius, non priori modo, sed & posteriori parte copiam haud exiguam Scriptorum Ecclesiasticorum vidit, qui sive sacras Literas explicarunt, sive Articulos fidei exposuerunt, sive Hypotheses suas adversus contraria sentientes defenderunt, sive alio labore Ecclesiam juvare tentarunt. Sic ab Anno L. Seculi Ecclesiam Evangelicam, præter citatos à *Conringio*, ornarunt: *Joh. Æpinus, Ambr. Moibanus, Paulus Speratus, Joh. Forsterus, Erhardus Snepsius, Joh. Aurifaber, Paulus Eberus, Victorinus Strigelius, Joach. Mörlinus, Stephanus Szegedinus, Joh. Pffessingerus, Hieron. VVellerus, Joh. Marbachius, Abrah. Bucholcerus, Mart. Chemnitius, Theodorus Snepsius, Joh. VVigandus, Tilem. Heshusius, Jac. Andrea, Nicol. Selneccerus, & Sigfridus Saccus*, quos, æque ac alios subsequentes, eo, quo Seculo valedixerunt, ordine citare voluimus. Inter Reformatos post medium Seculi, præter adductos ab Autore, celebre nomen habuerunt: *Petrus Viretus, Petrus, Martyr, VVolfg. Musculus, Andr. Gerardus Hyperius, Guilielmus Farellus, Aug. Marlortus, Joh. VVolphius, Joh. Cnoxus, Bened. Aretius, Henr. Balingerus, Josias Simlerus, Zach. Vrsinus, Ludov. Lavaterus, Simon Sulcerus, Rud. Gualterus, Casp. Olevianus, Ant. Sadael, Guil. VVhitakerus, & Lamb. Danaus*. Inter Ecclesie Rom. Lumina scriptis celebrata tum referebantur: *Georg. Cassander, Marckus Cistardus,*

*Sixtus Senensis, Claud. Espencans, Job. Genesius Sepulveda, Didacus Covarruvias, Laur. Surinus, Stan. Hofius, Ludovicus Granatensis, Job. Molanus, Franc. Turrianus, Ant. Caraffa, Franc. Toletus, Galb. Genebrardus, Bened. Arias Montanus, & Gaspar Loaysa, qui omnes intra Seculum hoc sepulchro illati sunt.*

Ad  
Seculi XVI.

Cap. II.

De Philosophis.

**D**ilosophorum quidem post Literarum restitutionem per totam Europam ubique larga seges apparuit; hoc tamen nomine præ cæteris parte Seculi posteriore floruerunt, scriptisque suis Philosophiam illustrarunt: *Daniel Barbarus, Jacobus Zabarella, Petrus Ramus, Bernhardinus Telesius, & Franc. Patritius, quorum posteriores tres peculiarem philosophandi rationem affectarunt.* Celebrium Mathematicorum nomen ex Germanis quidem *Sebast. Münsterus, Petrus Apianus, Reinerus Gemma, Frisius, Cyprianus Leovisius, Georg. Joach. Rheicus, Erasmus Osvaldus Schreckenfuchsius, & Gerh. Mercator;* inter Gallos: *Orontius Finaus, Guil. Philander, & Joh. Stadius;* & ex Italia *Lucas Gauricus* meruerunt.

Ad  
Seculi XVI.

Cap. III.

De Jure Consultis.

**M**ultos quidem celebrium Jctorum, qui & posteriorem Seculi partem illustrarunt, *Conringius* citavit; ex ingenti tamen prætermisforum copia selectiores quoadam superaddere non inconueniens videtur. Germanorum itaque Jctorum præcipui à medio Seculi fuerunt: *Joh. Scharnus, Nicol. Gerbelius, Simon Pisto.*

*Pistoris, Modestinus Pistoris, Job. Oldendorpius, Job. Schneiderus, Joach. Hopperus, Job. Richardus, Nic. Ciferus, Matthæus Vvesenbecius, Andr. Gaslius, Lamperius Distelmeyerus, Joach. Mynfingerus, Ludolph. Schraderus, Job. Borcholten, Hieron. Panschmannus, & Joach. Benstius.*

Ex Gallis præcipuè Jctorum scriptis clarorum nomen meruere: *Job. Corasius, Michaël Hospitalius, Anton. Concius, Hubertus Languetus, qui quidem inter Germanos censuit, Hugo Donellus, Claud. Puteanus, Job. Bodinus, Pet. Pibræus, & Pet. Faber.* Nec Italis defuit illustrium Jctorum copia, quam laudem præ cæteris *Marianus Socinus, Hier. Tornielius, Benevenutus Straccha, Tiberius Decianus, Josephus Mascardus, & Guido Pancirollus* meruerunt. Inter Hispanos Juris Canonici Doctores *Didacus Covarruvias, & Mart. Azpicueta* emiuerunt, qui supra inter Scriptores Ecclesiasticos citati sunt.

Ad

Seculi XVI.

Cap. IV.

De Medicis.

**U**T reliquæ Eruditionis partes. sic & Medicina copiam satis largam Scriptorum exhibuit, ex quibus præcipuos modo, à *Conringio* prætermittos, citare nostrum erit. Ex Germanis, quibus brevitatis studio Helvetios, Belgasque annumeramus, *Joach. Vadianus, Georg. Agricola, supra ab Autore inter Philosophos laudatus, VVolfg. Iustus, Hadr. Iunius, Job. Bauhinus, Thomas Erastus, Rembertus Dodonæus, Job. Crato, Joh. Jac. VVeckerus, Jac. Schegkius, Job. VVierus, Petrus Monavius, Theod. Zvingerus, Iacobus Theodorus Tabernæmontanus, Job. Posthius, & Joach. Camerarius* illustrium Medicorum titulum meruerunt; quibus meritissimo suo accensendus *Job. Sambucus*, natione licet Hungarus, in Aulâ tamen Imperatoriâ ut plurimum vivens, Medicus & Polyhistor plurimis anteferendus. Inter Gallos *Joh. Fernelius, Job. Gorreus, & Annius Fœsius*; ex Italis *Joh. Bapt. Montanus, Guil. Gratarolus, Hippolytus Salviannus, Job. Argenterius, Hieron. Cardanus,*



*danus, & Iul. Alexandrinus; ex Lusitanis Petrus Nonius Scriptis Medicis nomen suum præ cæteris posteritati commendarunt.*

## Seculi XVI.

### Cap. V.

#### De Historicis, Philologis, Oratoribus & Poëtis.



Anta erat Seculi XVI. felicitas, ut splendente Evangelii luce etiam omnes aliæ artes suum difunderent fulgorem. Cum verò omnes eos, qui Historicis, Philologicis, Oratoriis & Poëtis studiis se celebres reddiderunt, recensere non liceat, primarios saltem annotare placet. Germania nostra multos celeberrimos vidit Historicos, quorum primarii fuerunt: *Iohann. Cuspinianus, Bilibaldus Pirckheimerus, Iohannes Aventinus, Beatus Rhenanus, Caspar Hedio, Ioh. Sleidanus, Caspar Brunschius, VVolfg. Lazius, Georg. Fabricius, Simon Schardius, Ioachimus Curæus, Reinerus Reineccius, Henr. Pantaleon, Franc. Guillimannus, David Chytræus, Marquardus Freherus, & Eyracus Spangenbergius*; quibus eodem nomine celebres jungendi sunt Helvetii: *Ioach. Vadianus, Sebast. Münsterus, Hulder. Maussius, Ioh. Stenphius, Josias Simlerus, & Theodorus Zwingernus*; item Belgæ: *Hadrianus Barlandus, Lambertus Hortensius, Hubertus Thomas Leodius, Suffridus Petri, Pontus Henterus, & Everb. Reidanus*; & qui res Turcicas declararunt, *Augerius Giflenius Busbeckius, & Ioh. Leonclavius*, qui ultimus & multorum Græcorum Scriptis in latinam linguam translatis clarus evasit. Ex Italis Historicorum nomen meruerunt: *Raphaël Volaterranus, Galeacius Capella, Franciscus & Ludov. Guicciardini, Caspi. Contarenus, Pet. Bembus, Paulus Iovinus, Polyd. Vergilius, Iacobus Nardus, Pet. Bizarus, Pet. Roscius, seu Rubens, Pet. Iustinianns, Natal. Comes, Hubertus Folseta, Carolus Sigonius, Franc. Sansovinus, Paulus Parua, & Henr. Catharinus Davila*; quibus & *Thom. Fazellus, Siculus*, annumerandus. Gallorum præcipuè Historici fuerunt: *Philippus Cominæus, Paul. Amylinus*, natione qui.

quidem Italus, *Gvil. Paradinus, Mart. Bellajus, Arnoldus Ferronus, & Nicol. Vignerius.*

Ex Hispania, (quorum Historiam & *Joh. Vassus, Belga, scripsit;*) *Petrus à Salazar, Alphonsus Vlloa, & Franc. Tarapha;* è Lusitania *Damianus à Goës, Lud. Andreas Resendius, & Hieronymus Osorius* Historicorum nomen meruerunt. Nec aliis Gentibus Historici defuerunt. quo nomine Hungaria *Joh. Sambucum, Polonia Matthias Mechovium, Stanislaus Orichovium, Martinum Cromerum, & Iob. Demetrium Sulicovium;* Bohemia *Johann. Dabravium & VVenzesl. Hagecium;* Britannia *Hectorum Boethium, & Georg. Buchanannum, Scotos;* Svecia *Johannem & Olavum Magnos, laudant.*

Historicis adjungendi videntur, qui antiquitates magno conatu eruere laborarunt, inter quos *Lilius Gregor, Gyraldus, Pet. Gylins, Aeneas Vicius, Onuphrius Panvinus, Franc. Robertellus, Hubertus Golzius, Antonius Augustinus, Matthæus Hofius, Fulvius Ursinus, & qui ultra Seculi finem vixit, Janus Jacobus Boissardus, sibi celebre nomen pararunt.*

Chronologiam præcæteris *Johannes Funccius, Abrah. Bucholcerus, Gilbertus Genebrardus, Leonhardus Krenzbevinus, & qui omnium Chronologorum Princeps est, quamvis nonum sequentis Seculi annum attigerit, Josephus Justus Scaliger, illustrarunt.* Geographiam accuratâ ratione summaque industriâ exposuerunt *Gerhardus Mercator, & Abrahamus Ortelius.*

Inter Philologos Germanos, quorum ingens copia extitit, agmen ducunt *Johann. Capnio, seu Reuchlinus, Sigismundus Gelenius, Valentinus Friedland, Trozendorffius, Nicol. Gerbelius, Conradus Lycosthenes, Joh. Draconites, Egidius Tschudus, Joach. Camerarius, Gvil. Kylander, Joh. Hartungus, Hieron. VVolfius, Petrus Vincentius, Joh. Posselius, Michaël Neander, Frid. Sylburgius & Nathanael Chytraeus, Belgarum præcipui Philologi erant: Goropius Becanus, Levinus Torrentius, & qui sextum sequentis Seculi annum attigit, summus Polyhistor, Justus Lipsius.* Italia eo nomine celebres Viros dedit: *Philippum Beroaldum, Johann. Baptista. Ignatium, Jul. Cas. Scaligerum, Cal. Secund. Curionem, Micron. Magium, Paulum Manutium, Fredericum Commandinum, Immausulem Tremellindus, & Petrum Victorium, quibus & peregrinus hæc, Franciscus Portus. Crætenfis annumerari meretur.*

Q

Ex

Ex Gallis eandem laudem meruerunt: *Ioachimus Personius, Sebast. Castalis, Hadrianus Turnebus, Johann. Mercerus, Dionys. Lambinus, Guil. Postellus, Gentianus Hervetus, & Elias Vinerus.* Inter Hispanos *Ferd. Nonius Pincianus* præ cæteris magni Philologi laudem tulit.


Celebrium Oratorum nomen inter multos alios obtinuerunt: *M. Antonius Majoragius, M. Anton. Muretus, Johannes Sturmius, & Andreas Dudithius.*

Demum & Poëtis fertile hoc Seculum fuit, ex quibus præcipui fuere Germani: *Vlricus Hussenus, Helius Eobannus Hessus, Jacobus Micyllus, Georgius Sabinus, Joh. Stigelius, Petrus Lotichius Secundus, Nicodemus Frischlinus, Joh. Lanterbachius, & Paulus Melissus;* Itali: *Jacobus Sannazarus, M. Hieronymus Vida, Torquatus Tassus,* aliiqve non pauci; Galli: *Salmonius Macrinus, Petrus Ronsardus, Guil. Sallust. Bartasius, & Q. Sept. Florens Christianus;* & inter Scotos *Georg. Buchananus.* Nec hic omittendi videntur Typographi eruditi, qui mirâ industriâ literarum incrementa iuvarunt, inter quos præcipui fuerunt: *Aldus Manutius, Rob. Stephanus, Joh. Frobenius, Guil. Morellus, Joh. Oporinus, Christoph. Plantinus, Franc. Raphelengius, Hieron. Commelinus, & Henr. Siephanns.* Imo ne quid eruditi Seculi felicitati deesset, Fœminæ ipsæ haud pauca Philologicis & Poëticis studiis excelluerunt, ex quibus præcipue *Hippolyta Taurella, Olympia Fulvia Morata, Aloysia Sigæa, Laurentia Scrozza,* & circa finem Seculi *Elisabeta Jobanna VVestonia* citari merentur.

## Seculi XVII.

### Cap. I.

#### De Scriptoribus Ecclesiasticis.



**H**oc Seculo adeò floruit sacrorum, aliorumqve studiorum felicitas, ut numerum Eruditorum passim per Europam celebrium vix capiat paucorum capitum angustia. Igitur ex iis, qui durante hoc Seculo floruerunt, & intra terminos ejusdem orbi valedixerunt, non nisi illustriores citare volumus, Ex iis itaqve Scriptoribus, qui puram Evangelii doctrinam

Seri-

Scriptis propagarunt, intra primos X. Seculi annos obierunt: *Egidius Hunnius, David Rungius, Lucas Ofiander, Sal. Gesnerus, Pbsl. Nicolai, Polycarpus Lyserus, & Joh. Pappus.* Secunda Seculi decas amisit *Pbsl. Philipp. Marbachium, Felicem Bidenbachium, Steph. Gerlachium, Joh. Forsterum, Leonb. Hutterum, Andr. Ofiandrum, Christoph. Helvicum, Albert. Grauerum, Jacob. Heilbrunnerum, Conrad. Schlüsselburgium, & Matthiam Hafenrefferum.*

Inter XX. & XXX. annum mortui sunt Theologi celebriores: *Joh. Arndius, Joh. Schröderus, Joh. Apfelmannus, Balih. Meisnerus, Balih. Menzerus, Fridericus Baldunus, Valer. Herbergerus, Vincent. Schmuckius, Jacob. Reyhingius, VVolfg. Franzius, & Joh. Tarnovius.*

Quartâ Seculi decade obierunt: *Theodorus Thummius, Polycarpus Lyserus, Paulus Tarnovius, Joh. Gerhardus, Georg. Zeemannus, & Conr. Dietericus.* A XL. ad L. annum desideravit Germania Theologos celebriores: *Joh. Himmelsum, Henr. Höpfnerum, Nicol. Hunnium, Andr. Keslerum, Matthiam Hœ ab Hohenegg, Joh. Saubertum, Arnold. Mengeringium, Joh. Hermannum, Joh. Behmium, Joh. Quistorpium, VVilb. Lyserum, & Conr. Hornejum.* Sextâ Decade Seculi

mortui sunt: *Paulus Röberus, Casp. Erasmus Brochmandus, Cælestinus Mislena, Joh. Valent. Andrea, Christianus Matthei, Justus Fearbornius, Georg. Calixtus, Salomon Glassius, Joh. Schmidius, Joh. Micralius, & Joh. Georg. Dorsichans.* Inter LX. & LXX. annum orbi valedixerunt: *Joh. Hülfemannus, Joh. Balih. Schuppins, Mich. VValtherus, Jac. VVellerus, Joh. Conr. Danhaucus, Joh. Henr. Vrsinus, Joh. Ernestus Gerhardus, Joh. Mich. Dilberrius, Joh. Quistorpius, & Hser. Kromayerus.* Decas Seculi octava ex Theologis nostris sustulit: *Joh. Müllerum, Joh. Botfaccium, Henr. Müllerum, Petr. Haberkornium, Frid. Rappoltzum, Balihaf. Menzerum, & Martinum Geierum.* Nonâ decade

amisit Ecclesia nostra *Johann. Muscum, Joh. Meisnerum, Egid. Straubium, Joh. Adam. Scherzerum, Seb. Niemannum, Augustum Varenium, Abrab. Calovium, Ant. Reiserum, Balih. Bebelium, Ioach. Hildebrandum, Melch. Zeidlerum, Joh. Saubertum, & Christianum Dreierum.* Ultima decas recentiori iustu Ecclesiam affecit morte *Theophili Spizelii, Christiani Scriverii, Christiani Kortholshi, Joh. VVilhelmi Beyeri, Abrab. Henkelman-*

ni, Augusti Pfsfferi, Sebast. Schmidii, Valens. Alberti, & Ioh. Bened. Carpovis, quos vix finito Seculo Frider. Vlricus Calixtus secutus est.

Reformata Ecclesia amisit Viros celebriores Decade prima: Daniel. Tossanum, Franc. Iunium, Guil. Perkinsium, Christoph. Pezelium, Theod. Bezam, Iacobum Arminium, & Amandum Polanum; Decade secunda: Hugon. Broughton, Quirinum Renierum, Barthol. Pitiscum, Ioh. Drusium, Rob. Abbot, Ioh. Iacob. Grynaum, & Paulam Tossanam; Decade tertiâ: Daniel. Chamierium, David. Pareum, Conrad. Vorstium, Philipp. Mornæum, Virum illustrem, sed scriptis Theologicis celebrem, Abrah. Scultetum, Ioh. Piscatorem, & Ioh. Rudolph. Hospinianum; quartâ Decade: Mathiam Martinium, Christoph. Polargum, Ioh. Henr. Alstedium, & Guil. Amesium; Decade quintâ: Ludov. de Bien, Simonem Episcopium, & Frider. Spanhemium. Decas Seculi sexta sustulit: Andr. Rivetum, Thom. Gatakerum, Iacob Vfferium, Ioseph. Hallium, Petrum Molinæum, & Stephan. Curcellæum; Septima Petrum Heylin, Mosen Amyraldum, Ioh. Hornbœkium, Sam. Bochartum, Ioh. Henr. Hottingerum, Carolam Drelincurtiam, Ioh. Coccejum, & Ioh. Dallæum; octava Ioh. Lightfootum, Sam. Marsium, Gisl. Voetium, Abrah. Meidanum, & Iacob Altingium; nona Iohann. Claudium, Franc. Turretinum, Iohann. Pearsonum, & Stephan. le Moine; decima demum Henr. VVbartonum, & Eduardum Stillingfleet amisit.

Nec minorem Scriptorum Ecclesiasticorum copiam Romæ Ecclesia exhibere valet, quæ inter præcipua sua ornamenta referebat intra primam annorum decadem mortuos Scriptores: Gregor. de Valentia, Conrad. Schultingium, Nicol. Serrarium, & Bened. Pererium. A Decimo ad XX. annum amisit: Anton. Possevinum, Ioh. Basæum, Petr. Ribadeneiram, Laur. de Zamora, Seb. Barradinum, Martin. Smigletium, Henr. Sommalium, Franc. Cofferum, & Angelum Roccam. Post annum XX. obierunt: Rob. Bellarminus, Conrad. Vetterus, Mart. Becanus, Iacob. Gretserus, Paul. Laymannus, M. Anton. de Dominis, Laurent. Beyerlingius, Carolus Scribanus, & Heribertus Rosvoldus. A XXX. anno orbi valedixerunt: Adamus Tannerus, Adamus Conzenius, Iohann. de Pineda, Corn. à Lapide, Abrah. Bzo-

vius,

*vius*, Hier. *Drexelius*, *Corn. Iansensus*, in quibusdam ab Ecclesiâ Rom. diffidens, & *Iac. Saliannus*. Decas Annorum quinta desideravit *Henr. Lancilotum*, *Paul. Sberlogum*, *Sylvestrum Petrasanctam*, *Didac. Saavedram*, & *Augustin. Barbosam*. Sextâ decade obierunt: *Nicol. Gausinus*, *Iacobus Sirmondus*, *Maxim. Sandens*, *Iodocus Keddins*, *Ioh. Enseb. Nierenbergius*, *Laurent. Forrerus*, & *Ioh. Morinus*. Sequenti Decade ad plures abierunt *Petrus de Marcâ*, *Theoph. Raynandus*, *Philip. Labbens*, & *Iacobus Balde*. Octava decas Seculo ademit *Vitum Erbermannum*, *Albert. Kojaloviç*, & *Ioh. Lannojum*. Reliquo tempore *Ioh. Garamuel à Lobkovviç*, *Anton Arnaldus*, *Iosephus de Aguirre*, *Anton. Pagi*, *Celestinus Sfondrata*, aliiqve non pauci obierunt, quos Rom. Ecclesia inter præclaros Scriptoros numerat.

Nec impietati defensores defuere; prout hoc Seculo Antitrinitariorum blasphemiam *Faustus Socinus*, *Georg. Blandrata*, *Valent. Schmalcius*, *Ioh. Crellius*, *Jonas Schlichtingius*, *Christoph. Sandius* & alii propugnarunt. Fanaticorum Antesignanus fuit *Iacobus Böhmius*, Sutor Gorlicensis, inter suos ambitioso *Teutonici Philosophi* nomine notus, cujus somnia *Quirinus Kuhlmannus* præ cæteris propagare satagit. Præter hos & *Iohan. de Labadie*, *Christianus Hoburgius*, *Antonia Burignonia*, aliiqve non pauci, fanaticismo suo turbas dederunt.

## Cap. II.

### De Philosophis & Mathematicis.



**D**ilosophia à multis hoc Seculo exculta est, quorum nonnulli antiquam Peripateticorum Methodum secuti sunt, alii novam philosophandi rationem inierunt. Inter illos clarum nomen præ cæteris habuerunt: *Franciscus Piccolominus*, & Hispani duo, *Franc. Suarez*, & *Petrus de Fonseca*; imò & huic Philosophiæ omnes ferè ex ordinibus Religiosorum adhererunt. Ex Germanis præcipue in eo philosophandi genere excelluerunt: *Otto Casmannus*, *Thom. Sagittarius*, *Cornel. Martini*, *Rudolphus Goetius*, *Iacob Martini*, *Christoph. Scheibleus*, *Daniel Scablinus*, *Ioh. Zeisoldus*, aliiqve permulti.

Peculiarem philosophandi rationem sibi elegerunt: *Franciscus Baco de Verulamio*, qui experimentis nitens Ecclesiæ Philosophiæ fundamenta jecit; *Thomas Campanella*, qui Platonico ductu Christianam Philosophiam magno ausu paravit; *Renatus Cartesius*, qui novis à se inventis, aut, ut aliis videtur, ex monumentis antiquorum collectis principiis totum Philosophiæ ædificium superstruere conatus est; *Petrus Gassendus*, qui Epicuream Philosophiam ab impietate purgatam restituit; & *Thomas Hobbesius*, principiis nitens haud parum à verâ pietate alienis. Naturalem Philosophiam in specie præter *Baconem*, *Cartesium* & *Gassendum* citatos, etiam non sine laude excoluerunt *Fortunius Licetus*, *Iohan. Sperlingius*, *Kenelmus Digby*, *Martinus Schokius*, *Otto Guericus*, & *Rob. Boyleus*.

Mathematica studia reliquis non infeliciora, cultores sat multos invenerunt, inter quos eminuerunt: *Casparus Pencerus*, *Christoph. Clavius*, *David Origanus*, *Ioh. Keplerus*, *Ambr. Rhodius*, *Christoph. Scheinerus*, *Caspar Schottus*, *Athanasius Kircherus*, *Iohan. Hevelius*, & *Erhardus VVeigelius*, Germani; *Tycho Braheus*, primo Seculi anno mortuus, & *Christophorus Longomontanus*, Dani; *Hadrianus Romanus*, *VVillebrordus Snellius*, *Hadrianus Metius*, *Bernh. Varenius*, & *Christiannus Hugenius* Belgæ; quibus meritissimo suo accedunt Itali Mathematicis artibus illustriores: *Matthæus Riccius*, *Ioh. Bapt. Porta*, *Bernhardinus Baldus*, *Ioh. Antonius Maginus*, *Galileus à Galileis*, *Andr. Argolus*, *Scipiō Claramontius*, *Ioh. Bapt. Ricciolus*, & *Ioh. Alphonsus Borrellus*; & Galli: *Marinus Mersennus*, *Ioh. Bapt. Morinus*; & *Ismaël Bulialdus*; quorum plurimi Astronomiam tanto studio excoluerunt, ut omnes antiquorum labores longo intervallo post se relinqvant.

### Cap. III.

#### De Jure Consulcis.



U<sup>s</sup> Civile & Canonicum à multis etiam hoc Seculo excultum est, copiosisque multorum scriptis explicatum; quo nomine celebriores extiterunt Germani: *Nicol. Reusnerus*, *Hippolytus à Collibus*,

*Hieron.*

Hieron. Treutlerus, Georg. Obrecht, Conradus Rittershusius, Polyhistor insignis, Andreas Cludius, Martinus Benckendorff, Frid. Prückmannus, Hermannus Vultejus, Georg. David, Locamerus, Christoph. Besoldus, Politicus satis celebris, Iohan. Harprechtus, Godofr. Fibigius, Henningus Rennemannus, Franofiscus Steypannus, Casp. Klokus, Philip. Knipschild, Iustus Sinold Schuzius, VVilhelmus Luduvellus, Theod. Reinkingius, Henr. Ernstius, Ioh. Limneus, Bened. Carpzovius, Iacob. le Bleu, Dav. Mevius, Iohann. Brunnemannus, Christoph. Phil. Richterus, Ioh. Otto Tabor, Ioh. Loccenius, VVolf. Adamus Lauserbach, Dan. Clafenius, Ioh. Strauchius, Ioh. Pomereschius, Ioh. Rebhahn, Caspar Zieglerus, & Georg. Adamus Struvius.

Ex Belgis in Jure tradendo celebre sibi præ cæteris nomen pararunt: Petrus VVesenbergius, M. Anton. del Rio, Oberius Giphanius, Petrus Gudelinus, Everhardus Bronchorff, & Bernh. Schotanus.

Itali Juris interpretes primarii fuerunt: Iacobus Menochius, Albericus Gentilis, Prosper Farinacius, Nicol. de Passeribus, Scipio Gentilis, Politicis scriptis celebris, Dominicus Tuschus, & Iul. Pacius.

Ex Gallis præ cæteris floruerunt Juris notitiâ: Dionysius Godofredus, Antonius Faber, Iacobus Godofredus, & Carolus Annibal Fabronus.

Ex Hispanis præ cæteris claruit Carolus de Tapia, & inter Anglos Iohann. Seldenus.

#### Cap. IV.

#### De Medicis.



Medici illustriores, qui haud segnius reliquis artem suam excoluerunt, scriptisque sat copiosis illustrarunt, clari extiterunt hoc Seculo per Germaniam: Adolphus Occo, Nicol. Tanrellus, Casp. Schwenkfeldius, Felix Platerus, Andreas Libavius, Ioh. Ludovicus Havenreuterus, Ioh. Iessenius, Caspar Bauhinus, Melchior Sebizi-  
 us, Guil. Fabricius Hildanus, Chirurgus celeberrimus, Gregorius Horstius, Daniel Sennertus, Casp. Hoffmannus, Thomas Reinesius, Ioh. Marcus Marci à Kronland, Philip. Iacobus Sachsus à Leuenheim, Frano. de la Bœ Sylvius, Guernerus Rolfincius, Melch. Sebizi-  
 us Jun. Iohan. Ionstonus, Polonus quidem ortu, sed habitatione Silesius, Val. Henricus Voglerus, Georg. Hier. VVelschius,

Herm.



*Herm. Conringius, Ioh. Dan. Horstius, Ioh. Ioach. Becherus, Ioh. Sigism. Elsholt, Ioh. Mich. Febrinus, Ioh. Lac. VValdschmidius, Ioh. Dan. Major, Ioh. Georg. Volkhammerus, & Henr. Meibomius, Ex Belgis illustrium Medicorum nomen meruerunt: Ioh. Heurnius, Carolus Clusius, Petr. Castellanus, Ioh. Bapt. Helmontius, singularibus principiis in re medicâ, aliisque eruditionis partibus notus, Iohan. Anton. Lindenius, Anton. Deusingius, Henricus Regius, Cornel. Bontekoe, & Theod. Craanen. Inter Danos eodem nomine celebres extitere: Casp. Bartholinus, Olavus VVormius, Ioh. Rhodius, Thom. Bartholinus, & Olavus Borrichius. Italia celebres Medicos vidit: Andr. Casalpinum, Horat. Augenum à Monte Iancto, Hier. Mercurialem, Vlysses Aldrovandum, Prosper. Alpinum, Hser. Fabricium ab Aquapendente, & Ludov. Sepsalium. Gallia præ cæteris Ioh. Riolanum, Iacob. Sponium, & Carolum Patinum laudavit. Anglia Rob. Fluddium, miri ingenii Medicum, & Guil. Harveyum; Lusitania Steph. Roder. de Castro celebriores Medicos exhibuerunt.*

### Cap. V.

## De Historicis, Philologis, Oratoribus & Poëtis.



Rout hoc Seculum in omnibus Scientiarum generibus uberrimo Eruditorum proventu felix fuit, ita præcipuè magnam Historicorum & Philologorum tulit copiam. Præ cæteris nominandus videtur Eruditi magis, quam Regis nomine gaudens JACOBUS I. Magnæ Britannix Rex, qui scriptis haud paucis editis æternitatem nominis quæsit; cui ad latus poni meretur AUGUSTUS, Brunsvicensium & Lunenburgensium Dux, tam Bibliothecâ Gvelferbytanâ propriâ manu collectâ & ordinatâ, quam Scriptis *Gustavi Seleni* nomine publicatis Erudito Orbi notissimus.

Historicis Scriptis aut paratis, aut editis inter Germanos celebre præ cæteris nomen meruerunt: *Cyriacus Spangenbergius, Matthæus Dresserus, Ioh. Pistorius Nidannus, Pantaleon Candidus, Nicol. Serrarius, Elias Rensnerus, Marquardus Erbe-*

*rus,*

rus, Marcus Velsius, Seibus Calvisius, Chronologus accuratus, Hieron. Megiserus, Melch. Adami, Philippus Claverus, Henr. Meibomius, Melch. Goldastus ab Heiminsfeld, Iacobus Schickfusius, Christoph. Adamus Rupertus, Everh. VVassenbergius, Ioh. Petrus Lotichius, Adolph. Brachelius, Ioh. Freinshemius, Mart. Zeilerus, Ioh. Adlzreiterus, Ioh. Conr. Dietericus, Georg. Hornius, Georg. Crugerius, Ioh. Henr. Ræclerus, Ioh. Andreas Bosius, Ioh. Loccenius, Cyracus Lentulus, Ioh. Schefferus, Petrus Lambecius, Sigism. Beulius, Ioach. Pastorius, Christoph. Hartknochius, Bohuslaus Balbinus, Vitus Ludov. Seckendorfius, Caspar Sagittarius, & Samuel Pufendorfius. Eadem laude celebres Belgæ fuerunt:

Stephanus Vinandus Pighius, Paulus Merula, Emanuel Meteranus, Dominicus Baudius, Christoph. Brouverus, Lambertus van der Burch, Vbbo Emmius, Petrus Bertius, Franc. Suvetius, Ioh. Meursius, Aubertus Miræus, Hugo Grotius, Erycius Puteanus, Caspar Barlaeus, Petrus Corn. Hooft, Nicol. Vernulaus, Gerh. Ioh. Vossius, Polyhistor incomparabilis, Philippus Alegambe, Marcus Zuerius Boxhornius, Dan. Heinsius, Godofr. Henschenius, & Eman. Schelstratenus.

Inter Gallos Historicâ laude celebres extitere: Ioh. Papyrius Masso, Iacobus Bongarsius, Iacobus Augustus Thuannus, Princeps Historicorum recentioris ævi, Rudolphus Botereus, Ioh. Barclajus, fabuloso Historiarum genere utens, Petrus Mathæus, Scævola Sammarthanus, Scipio Pleixius, Iac. Sirmondus, Dionysius Petavius, Gabr. Naudæus, David Blondellus. Gabr. Barthol. Grammondus, Ludov. Maimburgius, Ludov. Sammarthanus, Ioh. Bart. Cotelæus, Carolus du Fresne, Antonius Varillas, & Anton. Paginus.

Apud Italos Historici illustriores fuere: Ioh. Petrus Maffæus, Cesar Baronius, Horatius Turselinus, Alex. Guagninus, Paul. Sarpus, Philippus Ferrarius, Geographus, Famiæus Strada, Leo Allatius, Græcûs origine, sed in Italiâ degens, Baptista Nannus, Victorius Særus, Majolinus Bisaccionius, Ieremias Brusonus, Galeacius Gualdus, & Ioh. Ciampinus. Lusitaniam Emanuel Acosta, Hispaniam, Sebast. Gonzalez, Prudens. de Sandoval, & Iohann. Mariana Historici celebriores ornavunt. Britannia eo nomine claros habuit: Henr. Savilianum, Guil. Camdenum, Thomam Demsterum, Robert. Ionsfo-

num, Thom. Goduvin. Eduardum Ssmsonem, & Rob. Menterum de Salmoneto. Ex Danis Iohann Isaacus Pontanus, inter Polonos Salomon Neugebauerus, Stanislaus Lubienskius, Ioh. Innocentius Petricius, Stanislaus Kobierzicky & Paulus Piascius; & apud Hungaros Nicolaus Isthuanus Historicis Scriptis celebre nomen sibi pararunt.

Vix minor fuit celebrium Philologorum numerus, ex quibus non nisi illustriores nominare volumus. Exornarunt eo nomine Germaniam: Christoph. Colerus, Laurent. Rhodomanus, Mart. Crusius, Eilhardus Lubinus, Everhardus Elmenhorstius, Iacobus Pontanus, Ioh. Buxtorffius, Caspar Dornavius, Erasmus Schmidius, Matthias Berneggerus, Petrus Kirstenius, Henr. Lindenbrogius, Caspar Scioppius, Elias Ebingerus, Andr. Rivinus, Casp. Barthius, Theod. Hackspanius, Lucas Holstenius, Ioh. Buxtorffius Jun, Iohann. Frid. Gronovius, Christianus Ravinus, Christoph. Schraderus, Iacob. Thomassus, Christoph. Arnoldus, Christianus Daumius, Matthias Vvasmuthius, Andr. Scennerus, Ioh. Ludov. Praschius, Dan. Georg. Morbofius, Fri d. Bened. Carpzovius, & Vincent. Placcius.

Ex Belgis celebriores fuerunt Philologi: Bonaventura Vulcanius, Thom. Erpenius, Ianus Gruterus, Andr. Schottus, Iohann. Meursius, æquali jure supra inter Historicos relatus, Iacobus Golius, & Isaacus Vossius.

Inter Gallos eo nomine eminerunt: Iohann. Passeratius, Iosephus Justus Scaliger, Isaacus Casaubonus, Fronto Ducaeus, Iul. Casar Bulegerus, Nicolaus Rigaltius, Claudius Salmasius, Henricus Valefius, & Egidius Menagius.

Ex Italis Laurentius Pignorius & Ottavius Ferrarius; ex Anglis Thomas Farnabius & Eduardus Pocockius præ cæteris celebres extiterunt. Oratorum laudem inter multos alios assecuti sunt, inter Germanos quidem Hermannus Kirchnerus, Michael Piccartus, & Augustus Buchnerus; inter Belgas Dominicus Bandius & Edo Nembusius.

Ex Poëtis demum hujus Seculi, præter Barleum, Heinsum, multosque alios supra alio nomine laudatos, latino carmine præ cæteris Ianus Doufa, Salomon Frenzelius, Gregor. Beremannus, Frider. Taubmannus, Ioh. Hermannus, Nicol. Avancinus, Ioh. Fechnerus, Renatus Rapinus, & scæminæ celeberrimæ, Anna Maria Schurmannia, & Helena Cornelia Piscopia, clarum sibi no-

men

men pararunt; id quod Germanico carmine *Mars, Opitius Paulus Flemmingius, Simon Dachius, Andreas Gryphius, Christianus ab Hoffmannsvvaldan, Dan. Casp. a Lobenstein & Henricus Mühlפורטius*; Belgico *Jacobus Catsius, Justus Vondelius, & Constantinus Hugenius* assecuti sunt.

S. D. G.



# INDEX.

- A.**
- Haly Abbas*, 91.  
*Rob. Abbor*, 124.  
*Abdias Babylonius*, 53.  
*Petrus Abelardus*, 93.  
*Abjatbar*, 5.  
*Abraham*, 3, 12, 18, 20.  
*Abrahami filii d. Contubina*, 17.  
*Abugiasar*, 89.  
*Abumaron Avenzoar*, 95.  
*Abumasar Alharabius* 85, 86.  
*Abunazar Graphar*, 88.  
*Academia* 35, 36.  
     *media* 36.  
     *nova* 36, 37.  
*Academici* 54.  
*Donatus Acciajolus* 107.  
*Accius* 45.  
*Franc. de Accolitu*, 107.  
*Accursius* 99.  
*Acbilis*, 30.  
*Alexand. Achillinus*, 113.  
*Eman. Acofta*, 129.  
*Adam*, 1, 2.  
*Melch. Adami*, 329.  
*Adelbarus*, 87.  
*Adelmannus Brixienfis*, 90!
- Iob. Adlzreiter*, 129.  
*Ado Viennensis*, 87.  
*Alexand. Aegus*, 54.  
*Aegidius Cordubens*, 96.  
     *Romanus*, 98.  
*Paulus Aegineta*, 76, 115.  
*Aegyptiorum Antiquitas*, 20.  
     *Artes* 4, 22.  
     *Astrologia*, 20.  
     *Eruditio*, 19.  
     *Geometria*, 22.  
     *Hieroglyphica*, 22.  
     *Magia*, 22.  
     *Medicina* 22.  
     *Sacerdotes*, 21, 22.  
*Alianus* 64.  
*Paulus Amylius*, 120.  
*Aeneas Gazaus*, 74.  
*Job. Aepinus*, 117.  
*Aesculapius*, 30.  
*Aesopica fabula*, 69.  
*Aethiopum Bibliotheca*, 24.  
     *Eruditio*, 24.  
     *Philosophi*, 24.  
*Aetius Amidenus*, 76, 115.  
*Agasthius Scholasticus*, 81.  
*To ἀγαθόν*, 31.
- Aggregator*, 104.  
*Georg. Agricola*, 114, 119.  
*Rud. Agricola*, 109.  
*Joseph. d'Agvirre*, 125.  
*Aimoinus*, 87.  
*Albategnius*, 85.  
*Valentin. Alberti*, 124.  
*Albertus Magnus*, 97, 98.  
*Albinus Alcuinus*, 83.  
*Albumasar*, 88.  
*Alburnus Valens*, 62.  
*Jacobus Alchindus*, 95.  
*Andr. Alciatus*, 114.  
*Alcibiades*, 41.  
*Alcimius Avitus*, 78.  
*Alcinous*, 61.  
*Albhelms*, 83.  
*Vlyffes Aldrovandus*, 128.  
*Philippus Alegambe*, 129.  
*Alexander de Ales*, 97.  
     *Aphrodisiensis*, 60.  
     *Magnus*, 39.  
     *Trallianus*, 76, 81.  
*Alexandrina Medicorum Scho-*  
     *la*, 72.  
*Julius Alexandrinus*, 120.  
*Algazel*, 94.

# I N D E X.

- Algerus Leodiensis.* 92.  
*Albasenus.* 85.  
*L. Cincius Alimentus.* 47.  
*Alkindus.* 85.  
*Leo Allatius.* 129.  
*Petr. de Alliaco.* 105. 107.  
*Jacobus Almainus.* 112.  
*Almoravida.* 93.  
*Alphenus junior.* 68.  
*Alphius Avitus.* 73.  
*Alphonsina Tabula.* 99.  
*Alphonsus Hispan. Rex.* 98. 99  
*Prosper Alpinus.* 128.  
*Joh. Henr. Alstedius.* 124.  
*Joh. Altingius.* 124.  
*Joh. Alvarottus.* 107.  
*Pelagius Alvarus.* 101.  
*Amalarius.* 84.  
*Amasis.* 23.  
*Ambrosius.* 70.  
*Ametius.* 67. 71.  
*Gvil. Amefius.* 124.  
*Ammianus Marcellinus.* 72.  
*Ammonius.* 79. 66.  
*Amoraim.* 60.  
*Amos.* 7.  
*Amphilochius.* 70.  
*Amphion.* 31.  
*Nicol. Amsdorffius.* 111.  
*Moses Amyraldus.* 124.  
*Anania.* 7.  
*Joh. de Anania.* 107. 108.  
*Anastasius Bibliothec.* 87.  
     *Nicenus.* 82.  
     *Sinaita.* 78.  
*Anatolius.* 67.  
*ANAXAGORAS.* 33.  
*Anaxarchus.* 18.  
*Anaximander.* 33.  
*Anaximenes.* 33.  
*Petrus de Anchorano.* 107. 108  
*Joh. Payva Andradius.* 113.  
*Ant. Andrea.* 101. 102.  
*Jac. Andrea.* 117.  
*Joh. Andrea.* 103.  
*Joh Valent. Andrea.* 123.  
*Andromachus junior.* 57.  
     *senior.* 57.  
*Andronicus Rhodius.* 39.  
*Angelomus.* 34.  
*Angli.* 82. 83.  
*Joh. Anglicus.* 104.  
*Annicerii.* 41.  
*Anni inventio.* 30. 30. 32.  
*Joh. Annius Viterbiens.* 15.  
*Anonymus 7Ctus.* 88.  
     *Idiota.* 87.  
     *Poeta.* 87.  
*Anselmus Cantuariens.* 90.  
     *Laudunens.* 90.  
     *Lucensis.* 90.  
*Antigonus Sochaus.* 10.  
*Antiochus Ascalonites.* 48.  
     *Epiphanes.* 9.  
*Antipater.* 38.  
*Gvilielm. Antisiodorens.* 97.  
*Antisthenes.* 41.  
*Antonius Florentinus.* 106. 110  
     *Pachius.* 57.  
     *Sochaus.* 10.  
*Antyllus.* 68.  
*Appellicon Tejus.* 40.  
*Joh. Apfelmannus.* 123.  
*Aphthonius.* 77.  
*Petrus Apianus.* 118.  
*Sidon Apollinaris.* 73.  
*Apollonides.* 63.  
*Apollonius Tyaneus.* 18. 24. 61.  
*Petrus Aponensis.* 104.  
*Apostoli.* 83.  
*Appianus Alexandrinus.* 64.  
*L. Apulejus.* 61.  
*Hier. Fabric. ab Aquapenden-*  
     *te.* 128.  
*Aquila.* 60. 66.  
*Thom. Aquinas.* 97. 98.  
*Arator.* 78.  
*Arca Noachi.* 3.  
*Arcefilaus.* 36.  
*Archelaus.* 33.  
*Archimedes.* 107.  
*Archytas Tarentinus.* 44.  
*Joh. Arculanus.* 108.  
*Jac. de Arenâ.* 103.  
*Aretæus Cappadox.* 63.  
*Arete.* 40.  
*Angel. Aretinus.* 107.  
*Leonb. Aretinus.* 109.  
*Bened. Aretius.* 117.  
*Joh. Argenterius.* 116. 119.  
*Thom. de Argentinâ.* 102.  
*Vlricus Argentinens.* 97.  
*Andr. Argulus.* 126.  
*Argonautæ.* 29. 30.  
*Joh. Argyropyllus.* 106. 109.  
*Bened. Arias Montanus.* 118.  
*Gregor. Ariminensis.* 102.  
*Aristæus.* 9.  
*Erstippus.* 40.  
*Aristobulus.* 9.  
*Aristocles Messenius.* 60.  
Aristo-

*Aristoteles* 8. 23. 38 98.  
*Ricbard. Armacanus* 102.  
*Jac. Arminius* 124.  
*Ant. Arnaldus* 125.  
*Job. Arndius* 123.  
*Arnobius* 66.  
*Christoph. Arnoldus* 130.  
*Arnoldus Carnotensis* 93.  
*Arriana heresis* 69.  
*Arrianus* 55. 60. 64.  
*Artemidorus Capito* 63.  
*Artorius Musa* 57. 58.  
*Asclepiades* 57.  
*Asconius Pedianus* 69.  
*R. Ase* 60.  
*Aspasius* 60.  
*Assaph* 5.  
*Affyriorum Eruditio* II. 12.  
*Astefanus Astensis* 104.  
*Astrologia Ægyptiorum* 20.  
     *inventā* 24. 25.  
*Atejus Capito* 55.  
*Athanasius* 69.  
*Athenæus* 64.  
     *Attalensis* 63.  
*Athenagoras* 59.  
*Athenodorus* 45.  
*Atlantici Philofophi* 25.  
*Atlas* 24. 25.  
*Nicol. Avancinus* 130.  
*Avempacc* 94.  
*Job. Aventinus* 120.  
*Abumafar Avenzoar* 95 100.  
*Averrhoës* 94. 100.  
*Augustinus* 73.  
*Anton. Augustinus* 121.  
*Augustus Dux Brunfwyic* 128.

*Avicenna* 90. 91. 100. 108.  
*Festus Avienus* 69.  
*Alcimus Avitus* 78.  
*Cœl. Awelianus* 63.  
*Petrus Aureolus* 101. 102.  
*Aureum Vellus* 30.  
*Job. Aurifaber* 117.  
*Aymericus Lemovicenfis* 7.  
*Azaria* 7.  
*Azo Bononiens* 95.  
*Mart. Azpicicelta* 113. 119.

B.

*Babylonica Superftitio* 8.  
*Franc. Baco de Verulam* 126.  
*Iob. de Bacone* 102.  
*Bagarottus* 95.  
*Bobuslaus Balbinus* 129.  
*Iac. Balde* 125.  
*Iac. Balduini* 99.  
*Frid. Balduinus* 123.  
*Franc. Balduinus* 114.  
*Bernb. Baldus* 126.  
*Baldus de Vbaldis* 103.  
*Theod. Ealsamo* 98. 95.  
*Barbarorum Eruditio* II.  
*Daniel Barbarus* 118.  
*Hermolaus Barbarus* 109.  
*Andr. Siculus Barbatia* 107.  
     108.  
*Augustin. Barbosa* 128.  
*Iob. Barclajus* 129.  
*Bardas* 85.  
*Bardevvicum* 26.  
*Bardi* 25. 26. 27.  
*Casp. Barlaus* 129.  
*Hadrianus Barlandus* 120.

*Cæfar Baronius* 129.  
*Egvinarius Baro* 114.  
*Seb. Barradius* 124.  
*Civil. Sallust. Bartas* 122.  
*Casp. Barthius* 130.  
*Casp. Bartbolinus* 128.  
*Thom. Baribolinus* 128.  
*Bartbolomæus Pifanus* 104.  
*Bartolus de Saxo ferrato* 103.  
*Iob. Bafianus* 95.  
*Βασιλικῶν liber* 88.  
*Bafilius M.* 70.  
*Iob. Bassolius* 106.  
*Domin. Baudius* 129. 130.  
*Baverius de Baveriis* 109.  
*Casp. Raubinus* 127.  
*Iob. Baubinus* 119.  
*Gvido Bayfius* 103.  
*Petrus Bayrus* 115.  
*Baltb. Bebelius* 123.  
*Iob. Goropius Becanus* 121.  
*Mart. Becanus* 124.  
*Iob. Ioach. Becherus* 128.  
*Beda Venerabilis* 83.  
*Behir, lucis parisf. liber* 2.  
*Iob. Behmius* 123.  
*Isaacus Beimiram* 95.  
*Marr. Bellajus* 121.  
*Petr. de Bella Pertica* 103.  
*Rob. Bellarminus* 124.  
*Iac. de Belloviso* 99.  
*Vincent. Belluacenfis* 97. 101.  
*Belus* 12.  
*Petrus Bembus* 120.  
*Benedictina Canobia* 83.  
*Benedictus* 77.  
*Benevenutus Grapheus* 96.

# I N D E X.

- Benjamin Tudelensis*, 96.  
*Benjanes*, 18.  
*Mart. Benckendorff*, 127.  
*Berengarius* 90.  
*Iac. Philipp. Bergomensis*, 110.  
*Bernardinus Senensis*, 105.  
*Matthias Berneggerus*, 130.  
*Bernhardus*, 92.  
*Phil. Beroaldus*, 121.  
*Berosus*, 15.  
*Gregor. Bersmannus*, 130.  
*Leonh. Bertapalia*, 108.  
*Petr. Bertius*, 129.  
*Bertholdus Constantiensis*, 92.  
*Berytus*, 71, 76, 80.  
*Christoph. Besoldus*, 127.  
*Bessarion*, 106, 109.  
*Bethel, Schola*, 7.  
*Sigism. Betulius*, 129.  
*Ioach. Beustius*, 119.  
*Laur. Beyerling*, 124.  
*Ioh. VVilb. Beyerus*, 123.  
*Theod. Beza*, 124.  
*Bias*, 32.  
*Biblia ab Esdrâ restituta*, 8.  
*Theod. Bibliander*, 112.  
*Bibliotheca Alexandrina* 23.  
     *incensa*, 23.  
     *minor*, 23.  
*Aristotelis*, 23-39, 40.  
*Attali*, 23.  
*Gvelpbercht*, 128.  
*Hierosolymit.* 128.  
*Osymandue*, 23.  
*Felix Bidenbachius*, 123.  
*Gabr. Biel*, 106.  
*Bildat Subites*, 14.  
*Bileam*, 14.  
*Petrus Bizarius*, 120.  
*Majolinus Bisaccionius*, 129.  
*Petr. Blasensis* 93.  
*Ioh. de Blanasco*, 99.  
*Iac. le Bleu*, 127.  
*Georg. Blandrata*, 125.  
*Dav. Blondellus*, 129.  
*Flav. Blondus*, 110.  
*Sam. Bochartus*, 124.  
*Andr. Bodenstein Carlstad*, 111.  
*Ioh. Bodinus*, 119.  
*Ioh. Botfaccus*, 123.  
*Franc. de la Bõe Sylvius* 127.  
*Ioh. Henr. Bœclerus*, 129.  
*Iacob. Bœhmius*, 125.  
*Nicol. Bœrius*, 107.  
*Bœthus*, 75, 77, 94, 98.  
*Hector. Bœthus*, 121.  
*Bœthius Sidonius*, 54.  
*Ian. Iac. Boissardus*, 121.  
*Lud. Bologninus*, 107.  
*Bonaventura*, 97.  
*Ant. Bonfinius*, 110.  
*Iac. Bongarsius*, 129.  
*Bonifacius Mogunt.* 83.  
     VIII. *Papa*, 99.  
*Bonomiensis Academia*, 95.  
*Corn. Bontekoe*, 128.  
*Ioh. Borcholten*, 119.  
*Ioh. Alphonf. Borellus*, 126.  
*Olaus Borrichius*, 128.  
*Ioh. And. Bosius*, 129.  
*Rud. Botereus*, 129.  
*M. Zuer. Boxhornius*, 129.  
*Rob. Boyle*, 126.  
*Brachmanes*, 17, 18.  
*Bramines* 18.  
*Adolph. Brachelius*, 129.  
*Tycho Brahe*, 126.  
*Ioh. Brentius*, 111.  
*Barnabas Briffonius*, 114.  
*Petr. Briffotus*, 116.  
*Casph. Erasmi Brochmandus*, 123.  
*Everb. Bronchorst*, 127.  
*Hug. Broughton*, 124.  
*Christoph. Broverus*, 129.  
*Bruchium Alexandrinum*, 23.  
*Ioh. Brummemañ*, 127.  
*Bruno Carthusianus*, 90.  
     *Longobergens.* 100.  
*Aug. Dux Brunsvicensis*, 128.  
*Caspar Bruschus*, 120.  
*Ierem. Brusonus*, 129.  
*Lud. de Bucca ferrea*, 113.  
*Georg. Buchananus*, 121.  
*Aug. Buchnerus*, 130.  
*Abram. Bucholzerus*, 117, 121.  
*Gvil. Budeus*, 114.  
*Buddes*, 18.  
*Ioh. Bugenbadius*, 111.  
*Iul. Casf. Bulengerus* 130.  
*Ismael Bulialdus*, 126.  
*Henr. Bulingerus*, 117.  
*Bulgarus Pisanus*, 95.  
*Lamb. van der Burch*, 129.  
*Burchardus VVermat* 91.  
*Antonia Burignonia*, 125.  
*Ioh. Busseus*, 124.  
*Augerius Gislenius Busbequius*  
     120.  
*Ant. de Butrio*, 107, 108.  
*Ioh. Buxtorfius*, 130.  
*Abram. Bzovius*, 124.  
C. Cabn-

I N D E X.

- C.**
- Cabala*, 4.  
*Nicol. Cabasilas*, 102.  
*Cadmea litera*, 19.  
*Cadmus*, 19.  
*Cacilius*, 45.  
*Bartbol. Capolla* 107.  
*And. Casalpinus*, 128.  
*C. lul. Casar*, 23. 48. 50.  
*Thom. de Vio Cajetanus*, 112.  
*Cain*, 1. (113)  
*Caimita*, 2.  
*Cajus Ictus*, 62. 68.  
*Nicol. Calaber*, 96.  
*Calamus*, 18.  
*Domit. Calderinus*, 109.  
*Ioh. Calderinus*, 103.  
*Frid. Vlr. Calixtus*, 124.  
*Georg. Calixtus*, 123.  
*Abrab. Calovius*, 123.  
*T. Calpurnius Siculus*, 69.  
*Ioh. Calvinus*, 112.  
*Sethus Calvisius*, 129.  
*Gvil. Camdenus*, 129.  
